dem eē virtus: tamē fieri nō debet ppter in-
stitutionē ecclesie ⁊ cōsuetudinē. Cum. n. hec
verba proferūtur. Hic nota q per formas pdi
ctas pñt dici cōsecrari panis ⁊ vinū inq̄tū p
formā que dicitur super panē: substātia panis
trāsubstātiat in rē sacrā que est corpus xpi. ⁊
per formā que dicit sup vinū: trāsubstātiatur
substātia vini in rē sacrā que est sanguis xpi.
G Pōt etiā dici spēs ꝯsecrari inq̄tū p pdictas
formas efficiūtur cōtinētes rē sacrā. vna cor-
pus: alia sanguinē. possunt etiā dici consecra
ri corpus ⁊ sanguis inq̄tū per trāsubstātiatio
nes: que fiūt per formas predictas: deputant
ad nouū ⁊ specialē sanctificādi modū. q̄uis
eni xps sine sacramēto sanctificet hominez in
eū credētē. tamē hoc facit alio mō q vt ē sub
sacro: q2 pmo mō dat xps homini sanctitatez
ppter suā operationē tāq̄ ppter dispōnē con
gruam. sed scdo mō vltra hoc dat sibi sanctita
H tem rōne rei suscepte: ⁊ q2 magis pprie dicit
cōsecrari qd trāsmutat in rē sacrā q̄ illud qd
deputat ad vsum sacrū: ⁊ qlibet istoꝝ magis
dicit cōsecrari q̄ illud qd efficit cōtinēs tm̄ rē
sacrā. iō substātia panis ⁊ vini magis ppe dr
cōsecrari per formas pdictas: q̄ corp⁹ ⁊ san-
guis: ⁊ ista q̄ spēs panis ⁊ vini. Reliqua vo
ad laudē dei dicūtur. Hic nota q q̄uis non
sint de eēntia sacri: tñ nō debent omitti ppter
ordinationē ⁊ reuerentiā sacri. p hoc tñ qd di
cit magister. hic est sanguis meus: itelligunt
cōprehendi omnia verba que sequuntur vsq3
I in remissionē peccatoꝝ iclusiue fm opionē q
ponit illā esse d eēntia forme. Sicut ex mltis
granis. Nota q vua est multoꝝ granoꝝ adu-
natio: racem⁹ vnū granū: botrus cōgregatio
vuarū. glarea humor racemi. vinaciu3 follicu
lus in quo cōtinet glarea: ⁊ arillus est granel
lu3 qd ē in racemo: qd alio noie dr achinus.

## ¶ De duob⁹ modis māducādi. Di. IX.

ET sicut due sunt res illius
sacramēti: ita ēt duo mo-
di māducādi. Unus sacra
mētalis. s. quo boni ⁊ ma-
li edūt. Alter spūalis quo
soli boni manducāt. Un-
de Augu. Quid est xpm māducare? Nō
est hoc solū in sacramēto corpus ei⁹ ac-
cipere: multi enim idigne accipiūt: sed
in ipso manere ⁊ habere ipsum in se ma
nentē. Spiritual'r eni manducat qui in
vnitate xpi ⁊ ecclesie: quā sacrm signi-
ficat: manet. Nam qui discordat a xpo:
nec carnē xpi manducat: nec sanguinez
bibit: ⁊ si tāte rei sacramentū ad iudiciū

sui quotidie accipiat. Spiritualē mādu cationē Aug. distinguens a sacramētali ait. Ut quid paras ventrē ⁊ dētē? crede ⁊ māducasti. Credere eni in eū hoc ē comedere panē ⁊ vinū. Qui credit ī eū māducat eum. Itē. Quo mō manducādus est xp̄s? Quo mō ipse dicit. Qui māducat carnē meā: ⁊ bibit sanguinē meū in me manet: ⁊ ego in eo. Si in me manet ⁊ ego in eo: tūc bibit: qui vero in me non manet nec ego in illo: ⁊ si accipit sacramentū: acquirit magnū tormentuꝫ. Itē. Nulli ambigēdū est tūc quēq̃ corporis ⁊ sanguinis domini participē fieri quādo christi mēbruꝫ efficit: nec alienari ab illius panis: calicisq̃ cōsortio: ēt si anteq̃ illū panem edat: ⁊ calicē bibat de hoc seculo in vnitate corporis cōstitutus abscedat: q̄ꝛ illius sacramenti beneficio nō priuatur: quādo ille in hoc qđ illud sacr̄m signat iuenitur. In illo eniꝫ sacramēto corpus ⁊ sanguinē suum nobis cōmēdauit qđ ⁊ fecit nosipsos. Naꝫ ⁊ nos corpus ipsi⁹ facti sumus. Itē q̄ discordat a xp̄o nō manducat carneꝫ eius nec sanguinē: ⁊ si tāte rei sacr̄m ad iudicium sibi quottidie accipit.

¶ De errore quorūdā qui dicūt a bonis tm̄ corpus christi sumi.

Hec v̄ba ⁊ alia huiusmodi: vbi de spirituali māducatiōe agitur: qdaꝫ obtuso corde legētes erroris caligine iuoluti sunt: adeo vt p̄sumpserint dicere corpus ⁊ sanguinem christi: a bōis tm̄ sumi: ⁊ nō a malis. Sꝫ idubitanter tenenduꝫ est a bonis sumi: nō modo sacramētaliter: sed ⁊ spiritualiter. A malis vero tm̄ sacramētaliter. i. sub sacramēto. s. sub spē visibili carnem christi de virgine sumptā ⁊ sanguinē p̄ nobis fusum sumi: sed nō mysticaꝫ q̄ tm̄ bonorū est. Quod subditis p̄batur testimonys. Grego. Est quidē in peccatoribus ⁊ idigne sumētibus vera christi caro ⁊ verus sanguis: sed essentia: nō salubri efficiētia. Itē Aug. Multi indigne accipiūt corpus domini. de q̄bus ap̄l'us ait. Qui māducat ⁊ bibit calicē domini idigne iudicium sibi manducat ⁊ bibit. Per quod docemur q̄ꝫ sit cauendū male accipere bonū. Ecce eni factū est malum: dū male accipitur bonū: sicut ecōtra ap̄lo factū est bonū: cū bene accipit̄ malū. s. dum stimulus sathane patiēter portat̄: ergo ⁊ mala p̄sunt bonis: sic angelus sathane paulo: ⁊ sancta obsūt malis: bonis sunt ad saluteꝫ: malis ad iudicium. Unde q̄ māducat ⁊ bibit indigne iudiciū sibi māducat ⁊ bibit: nō q̄ꝛ res illa mala est: sꝫ q̄ꝛ malus male accipit qđ bonū est. Idē. Indigne q̄s sumēs corp⁹ christi no efficit: vt q̄ꝛ malus est: maluꝫ sit qđ accipit. vel q̄ꝛ nō ad salutē accipit nil accipiat. Corpus eni ⁊ sanguis domini nihilomin⁹ erat in illis q̄bus ait ap̄ls: qui māducat īdigne ⁊c̄. His alijsq̃ pluribus aperte ostēditur q̄ etiaꝫ a malis verū corpus christi ⁊ sanguis sumit̄: sed sacramētal'r: nō spiritualiter.

¶ De itelligētia quorūdā verboꝝ.

Secunduꝫ hos duos modos sumendi itelligētia quorūdā verboꝝ ambigue dictoꝝ distinguēda est. Ait. n. Aug. Bonus accipit sacr̄ꝫ ⁊ rē sacramēti: malus v̄o sacr̄m ⁊ nō rē. Sacr̄m hic dicit corp⁹ christi p̄priū de virgine natū: Rē vero sp̄ualem xp̄i carnē. Bon⁹ ergo vtrāq̃ christi carnē accipit. malus vero tm̄ sacramentū. i. corp⁹ christi sub sacramēto: ⁊ nō rē spiritualē. Iteꝫ. Nō manducās māducat: ⁊ māducans nō māducat: quia nō māducās sacramental'r aliquādo māducat spiritualiter: ⁊ ecōuerso. Et qui māducant spiri

tualiter veritatē carnis ꝛ sanguinis di-cuntur sumere: q: ipsam efficiētiā3 hn̄t .i. remissionē peccatoꝝ: pro qua videt̄ orari cū dicit̄. Perficiāt in nobis domine quesumus tua sacramenta quod cōtinēt. vt qđ nūc specie gerim⁹ rerū veritate capiamus. Rerum veritatē dicit ipsam efficientiā: quasi per hec sacra p̄sta: vt sicut sacr̄alr̄ carnē xp̄i sumimus: ita spiritualr̄ sumam⁹. Uel petit sacerdos vt xp̄s qui nūc sub specie panis ꝛ vini sumitur manifesta visiōe sicut in essentiā diuinitatis est: quādoq3 capiatur. Cōstat ergo a bonis ꝛ a malis sumi corpus christi: sed a bonis ad salutē: a malis ad perniciem.

¶ Superi⁹ determinauit magr̄ de sacro eucharistie fm̄ se. hic determinat de ipso in ꝯparatiōe ad suscipiētes. ¶ Et diuidit̄ in tres partes. Primo de modis māducādi corp⁹ xp̄i determinat veritatē. Scđo refellit quorundā3 errorē ibi. Hec verba. Tertio explanat quarūdā auctoritatū dubiarū intentionē. ibi. Scđm hos duos. Articulus. I.



Circa hanc dis. querenda sunt tria p̄ncipalr̄. Primo de māducatiōe hui⁹ sacri ex parte rei manducate. Scđo de māducātib⁹. Tertio de ministrantibus. ¶ Circa p̄mū querūtur tria. Prīo vtꝝ in hoc sacro corpus xp̄i manducetur veraciter. Scđo vtrū vtilr̄. 3° vtrū ōis ipsum māducās sacr̄aliter ip̄m māducet spiritualiter. Questio. I.

Primo ostēdo q̄ in hoc sacro corp⁹ xp̄i nō māducat̄ veraciter. Math. 15.
A Omne qđ in os itrat in vētrē vadit: ꝛ in secessum emittit̄. hoc aūt nullo mō pōt vere dici đ corpore xp̄i. ergo veraciter nō manducatur. ¶ Itē de cōsecr. di. 2. Tāta. in glo. q̄ cito spēs dētibus terit̄ tā cito in celū capit̄. supple corp⁹ xp̄i. Sed nihil vere māducat̄: nisi saltē descendat in stōachū. g̃ corp⁹ xp̄i vacit̄ nō māducat̄. ¶ Cōtra. Jo. 6. dicit Saluator. Caro mea vere est cib⁹. Sed frustra est cib⁹ nisi vere māducetur. ergo caro xp̄i vere māducat̄. ¶ Itē de cōsecra. di. 2. Ego berēgarius. dicit̄ verū corp⁹ ꝛ sanguinē dn̄i n̄ri Jesu xp̄i in veritate manib⁹ sacerdotum tractari ꝛ frangi: ꝛ fidelīū dentibus atteri. Sed cibus qui a dētib⁹ atterit̄ vere manducat̄. ergo corpus xp̄i vere māducat̄. B

¶ Rn̄deo q̄ in sumptiōe hui⁹ sacri est q̄dā3 māducatio carnalis: qua comestū masticat̄: ꝛ in stomachū trahit̄: ꝛ postea digerit̄: ꝛ vltimo in subam māducātis cōuertit̄: ꝛ sic vere manducat̄ illa spēs sub qua realit̄ cōtinetur verū corpus xp̄i. Et est alia sacr̄alis: qua corp⁹ veꝝ sub spē realit̄ contentū sumit̄: sed sic sūptū corporalr̄ nō masticat̄: tū nisi spēs ta3 diu in ore masticent̄ q̄ per digestionē ibi factā corrūpat̄ in eis forma ꝑpria: sed descēdat in ꝑpa forma in stomachū: corp⁹ xp̄i in stomachū descendit p̄ descēsum spēi sub q̄ cōtinet̄ quādiu in ea spē forma ꝑpria saluat̄: sed p̄ virtutē māducātis nō vnit̄ māducāti: sed per ip̄m māducās vnit̄ sp̄ualiter xp̄o capiti si digne māducat. Est ibi etiā māducatio sp̄ualis: qua dī māducari corpus mysticū: que nihil aliud ē q̄ sp̄ualr̄ incorporari corpi mystico p̄ fidē ꝛ caritatē: vl̄ magis icorporari per augmentum fidei ꝛ charitatis: que manducatio non conuenit indigne suscipientibus sacramentum. C

¶ Ad p̄m arᵐ ad partē p̄ma3 dōm q̄ ꝑcedit de māducatiōe carnali qua spēs māducatur. Aliq̄ tū negāt spēs in stomachū descēdere. sed hi dicūt cōtra sensibilē experientiā. Alij dicūt q̄ emittunt̄ per sudorē nō p̄ secessū: que opio tāgitur in glo. de cōsecra. di. 2. Tāta. sed vaticinia sunt. cū eni cibus nō emittat̄ p̄ secessu3. nisi p̄mo sit a forma ꝑpria trāsmutat⁹: idignū nō videt̄ q̄ aliq̄d ipurū si in illis spēb⁹ fuit per secessū emittat̄. ¶ Ad 2ᵐ dōm q̄ illa gl. itelligēda est q̄ tādiu spēs masticat̄ q̄ per digestionē que fit in ore nō remanet in sua forma. fm̄ .n. Auic. lib. 10. de aialib⁹. c. de digōnibus. Mēbrana in lingua: ꝛ in palato est eiusdē nature cū iteriori stomachi tunica. ꝛ ideo cōmunicat cum ea in opere. D

¶ Primū arᵐ ad partē aliā aut itelligēdu3 est de māducatiōe sp̄uali aut sacr̄ali ꝛ sp̄uali simul. ¶ Ad 2ᵐ dōm q̄ illa attritio ꝛ fractio d3 referri ad spēs: nō ad verū corpus xp̄i. S3 q: ille berēgari⁹ fuerat ifamatus q̄ nō credebat corpus xp̄i realiter cōtineri sub spē. iō ad sui purgationē per verba excessiua cōtrarium asseruit. Questio. II. E

Secūdo querit̄ vtrū xp̄s in hoc sacro māducet̄ vtiliter. Et videt̄ q̄ nō. nihil irrōnabile ꝛ ihumanu3 est vtile: sed comedere hoīem ꝛ dn̄m suū irrōnabile videt̄ ꝛ ihumanū. ergo manducare corpus xp̄i non ē māducātibus vtile. ¶ Item Joan. 6. Caro nō p̄- A

deſt q̄cq̄.ḡ nihil eſt vtile cõcedere xp̄i carnẽ.
¶ Cõtra. eccleſia ſtatuit ꝙ oẽs fideles ſaltẽ
ſemel in ãno ſuſcipiãt corpus xp̄i. extra. de pe
B nitẽtia ꝛ remiſ. Omnis vtriuſq; ſexus. ꝙ non
iſtituiſſet niſi talis mãducatio vtil' eẽt. ¶ Itẽ
Io. 6. dicit Saluator. Qui mãducat meã car
nem ꝛ bibit meũ ſanguinẽ hʒ vitã eternam.
¶ R̄ñdeo ꝙ a digne ſuſcipiẽte hoc ſacramẽ
tum xp̄s mãducatur vtiliter. hec enĩ mãduca
tio mãducanti reducit ad memoriã paſſionẽ
xp̄i: fidẽ confirmat: ſpem auget: charitatẽ in
flãmat: dat vitã gratie: xp̄o vnit. mãducãtẽ
ſpiritual'r eterna cõſolatione reficit. ip̄m robo
rat: ad operationẽ boni ſuſtentat: cõtra caſuʒ
ꝓuenientẽ ex ꝓpria ĩfirmitate munit: ꝯtra de
C monis ĩpulſum remittit ardorẽ carnalis con
cupiſcẽtie: purgat veniale peccatũ: ꝛ quãdo
q; mortale: vt. ĩ. eadẽ di. declarabit̄. Et hoc fa
cit mãducatio ſacramẽtalis ĩquantũ in ſacr̄o
eſt virtus operatiua ſp̄ũalis mãducationis in
mãducante ſufficiẽter diſpoſito. ꝛ poſſunt hi
12. effectus ſignificari per. 12. fruct⁹ ligni vite.
de quo habet̄ Apoc. vlti. ꝛ ad celeriorẽ iſtoꝝ
memoriã in trib⁹ verſibus collecti ſunt.
Inflãmat: memorat: ſuſtẽtat: roborat: auget.
Hoſtia ſpem purgat: reficit: vitã dat: ꝛ vnit.
D Cõfirmatq; fidẽ: munit: fomitẽq; remittit.
¶ Ad p̄mũ in oppoſitum dõm ꝙ illud argu
mentũ ꝓcedit de mãducatiõe carnali. ¶ Ad
ſecundũ dicendũ ꝙ illa auctoritas intelligen
da eſt ſ̄m ĩtellectũ eorum qui putabant carnẽ
xp̄i mãducandã carnaliter eo modo quo alij
cibi manducantur. Queſtio. III.

**Tertio** queritur vtrum omnis manducãs corpus chriſti ſacramental'r man
ducet ipſum ſpiritualiter.
A ¶ R̄ñdeo ꝙ mãducare corpus chriſti ſacra
mentalit̄ dupl'r poteſt ĩtelligi. ▹ Uno modo
pro mãducare ip̄m per manducationẽ ſp̄ẽi q̄
eius ſacr̄m eſt: ꝛ ſub qua real'r cõtinet̄ ſ̄m quẽ
modũ mãducat̄ ab omni mãducãte ſpẽm pre
dictã ſiue hoie ſiue bruto: nec tamẽ ex hoc ſe
quit̄ ꝙ brutũ ꝓprie loquẽdo ſumat corp⁹ xp̄i
ſacr̄aliter: q: quãuis ſumat id qđ eſt ſacramẽ
tum ꝛ corpus xp̄i ſub ipſo ꝯtentũ: nõ tamẽ ſu
B mit ip̄m ſacr̄m ſub rõne qua ſacramentũ ẽ: q:
nõ ſumit ip̄m ſub rõne qua eſt ſignũ veri cor
poris xp̄i real'r cõtinẽs ipʒ. hoc aũt aduerbiũ
ſacramental'r magis ꝓprie determinat ſũptio
nem per cõparationẽ ad ſumentẽ q̄ʒ ad rẽ ſũ
ptã. ▹ Alio mõ mãducare corp⁹ xp̄i ſacramẽ
talit̄ põt accipi pro mãducare ip̄m per mãdu
cationẽ ſp̄ẽi que eius ſacr̄m eſt: ꝛ ſub qua rea
liter cõtinet̄ cũ ĩtentione generali vel ſpeciali
ĩplicita vel explicita ſumẽdi ip̄m ſub illa ſpe C
cie: ſ̄m quẽ modũ ſumi põt ſacramentalit̄ ab
omni hoie potẽti habere ĩtentionẽ p̄dictã: ſi
ue bono: ſiue malo: ſiue fideli: ſiue heretico: ſʒ
quocũq; modoꝝ predictoꝝ põt mãducari ſa
cramental'r abſq; hoc ꝙ mãducet̄ ſpiritualit̄:
mãducare enĩ ip̄m ſp̄ũaliter. eſt ip̄m credere
ꝛ per charitatẽ ei vniri ꝛ eiuſ corpori myſtico
ĩcorporari. Multi aũt corp⁹ xp̄i accipiũt ſub
ſacramẽto: ꝛ credẽdo ip̄m ibi eẽ: qui tñ ꝓpter
eoꝝ ĩdiſpoſitionẽ ei ſp̄ũal'r non vniuntur: nec
eius corpori myſtico per charitatem ĩcorpo
rantur. Aliqui etiã ipſum mãducant ſp̄ũali D
ter: qui ip̄m non manducant ſacramental'r: q:
multi credũt xp̄m ſub ſp̄ẽ cõſecrata. ꝛ ei⁹ cor
pori myſtico per charitatẽ ĩcorporant̄: qui tñ
ſpẽm corpus xp̄i cõtinentẽ nõ mãducant: q:
quãuis ſic ip̄m manducare vtile ſit ad ſalutẽ:
nõ tñ eſt neceſſariũ niſi ſemel in ãno: ſicut ſta
tuit eccleſia. vel in caſu grauis ĩfirmitatis in
qua cõmode põt haberi ſacr̄m. Et de hac ſpi
rituali mãducatiõe ĩtelligitur illud. de cõſec.
di. 2. qđ etiã recitat Magr̄: vt q̇d paras dẽtẽ
ꝛ ventrẽ. crede: ꝛ manducaſti. Arti. II.



**Onſequẽter** q̄ritur đ 2° p̄ncipali.
¶ Et circa hoc q̄runtur tria.
▹ Primo vtꝝ exñs in pecca
to mortali peccet mortal'r ſu
ſcipiẽdo hoc ſacr̄m. ▹ Scđo
vtrũ cõtritus non confeſſus.
▹ Tertio vtrũ ꝓpter aliquid qđ nõ eſt pecca
tum teneat̄ homo abſtinere a ſuſceptiõe hui⁹
ſacramenti. Queſtio. I.

**Primo** oſtẽdo ꝙ exiſtẽs in peccato mor tali non peccat mortaliter ſuſci A
piẽdo hoc ſacramentũ. de conſecra. diſt. 2. Si
nõ ſunt tanta peccata vt excõmunicetur quis
nõ ſe debet a medicina corporis ꝛ ſanguinis
domini ſeparare. Sed pro quolibet peccato
mortali nõ excõmunicatur homo: neq; debet
excõmunicari: ſed tñ pro mortali: cui ãnexa
eſt cõtumacia. 11. q. 3. Nemo enĩ. alias enĩʒ nõ
precederet ãmonitio excõmunicationẽ. ergo
aliquis in peccato mortali poteſt ſuſcipe hoc
ſacramentũ nõ peccãdo mortaliter. ¶ Item
ſuſcipiens hoc ſacramentũ in peccato venia B
li non peccat venialiter: quia quodcũq; pec
catum eſt obligatio ab aliqua lege: ſed in nul
la lege ꝓhibetur homo hoc ſuſcipe ſacr̄m ꝓ
pter peccatũ veniale tñ. ergo a ſimili exiſtẽs
in peccato mortali ſuſcipiẽdo hoc ſacramen
tum nõ peccat faciẽdo illud ad qđ tenet̄. Sʒ
quilibet fidelis vtriuſq; ſex⁹ tenet̄ ſeml' in ãno

hoc sacramentum suscipere vt superi⁹ est ostẽsum. sacerdos. n. postq̃ cõsecrauit tenet ipsũ suscipere. de cõsecra. di. 2. Relatũ. Ergo in il- C lo statu existẽs in peccato mortali nõ peccat mortaliter suscipiendo hoc sacramẽtum.

¶ Cõtra. pma Cor. xi. Qui manducat et bibit idigne iudiciũ sibi mãducat et bibit. Sed qui accedit cũ mortali peccato accedit indigne. ergo talis sibi iudiciũ mãducat et bibit: qd nõ esset verũ nisi per hoc icurreret mortale peccatũ. ¶ Itẽ maius est sumere q̃ tangere vel aspicere: sed vt habet 2° Reg. 6°. Oza pcussus est qr archã domini tetigit idigne. bethsamite ẽt percussi sunt: quia archã domini aspexerũt indigne. vt habet pmo Reg. 6. ergo multo fortius mortaliter peccat q corp⁹ dñi sumit idigne.

D ¶ Rñdeo q sicut dicit de cõse. di. 2. Nihil in sacrificiis maius esse põt: q̃ corp⁹ et sanguis christi: nec vlla oblatio hac potẽtior ẽ: sz hec omnes precessit: que pura cõsciẽtia dño offerenda est: et pura mẽte sumẽda atq ab oibus venerãda. Et ideo volẽs accedere ad hoc sacramentũ dz examinare cõscientiã suã sz apostolũ pma ad Cor. xi. Et si videat se eẽ in peccato mortali. s. qr videt se nõ penitere de peccato mortali iã cõmisso: vel eẽ in pposito aliõ cõmittẽdi: et q in tali statu hoc sacrm suscipit mortaliter peccat ppter irreuerẽtiã quã facit E sacro et rei contente sub sacro et rei significate nõ cõtente: et etiã qr est ecclesiastici precepti trãsgressor. Ille etiã qui sm rei veritatẽ nõ est in peccato mortali: credit tamẽ eẽ: si cum tali ꝯsciẽtia hoc sacrm suscipit: mortaliter peccat: qr est reuerẽtie debite sacro cõtemptor. Si autẽ nõ videt se eẽ in mortali peccato neq credit et tamẽ est: aut hoc puenit ex omissiõe debite diligẽtie in examinãdo cõsciẽtiã: et tũc dico q mortaliter peccat: nõ tamẽ ita grauiter sicut prius: aut nõ puenit ex omissiõe debite diligentie: quã tenet hõ adhibere: sz qr hõ d lege cõmuni cert⁹ esse nõ potest: vtrũ peniteat digne F sz illd Eccles. 9. Nemo scit vtr odio vel amore dign⁹ sit. et sic accedens in peccato mortali ad susceptionẽ huius sacri nõ peccat mortaliter: sed cõseqtur remissionẽ latentis pcti. Aliter eni quãdocũq hõ hoc sacrm susciperet exponeret se piculo peccãdi mortaliter: qd falsũ ẽ.

¶ Ad pmũ in opp^m dñm q de excõmunicatione q est exclusio a sacrorum susceptiõe debz illud decretũ itelligi: et quo ad hoc debet hõ se reputare excõmunicatũ qui scit vel credit se esse in peccato mortali. ¶ Ad 2^m dicendũ q suscipiẽs hoc sacramentũ in peccato veniali tm. ideo nõ peccat nisi sit aliud qd obsistat: qr peccatum veniale se cõpatitur cũ effectu huius sacramẽti: et qr de lege cõmuni nõ potest G esse hõ sine peccato veniali nisi forsitã ad modicũ tẽpus. homo aũt potest cauere a cõmissiõe peccati mortalis per totã vitã. ¶ Ad tertiũ dicendũ q ille qui in peccato mortali communicat in pascate: et sacerdos post consecrationem nõ peccant: quia cõmunicãt: sed quia cõmunicãt idigni cõmunione. tenentur enim cõmunicare digne: nec ppter hoc perplexi sũt qr cũ adiutorio dei se possunt disponere p penitentiã: vt sint digni cõmunicare. H

¶ Primũ argumentũ ad partẽ aliã bñ concludit. ¶ Ad secundũ dicẽdũ. q existẽs in peccato mortali vidẽdo corpus christi non peccat. aspiciendo. n. ipsum nullã irreuerẽtiã facit sacro. bethsamite aũt ideo percussi sunt: qr vt dicũt qdã: et refert glo. ibidẽ. nulli licebat videre archã detectã nisi põtifici. Vel põt dici etiã sm glo. q percussi sunt: eo q idigni essent: vel idigne accessissent: vel nõ digne custodissent archã. tãgens aũt corpus xpi in peccato mortali irreuerẽtiã facit sacramto nisi in ca I su: quãdo. s. hoc cũ timore et reuerentia ppter aliquã necessariã cãm: vt quãdo erigit hostiã iacentẽ in terra nõ existente presente alio dignior ad tangendũ eam: in quo casu laic⁹ ẽt hoc facere posset. Oza autẽ percussus fuit: qr archã temerarie tetigit sm sentẽtiã glo. ibidem. dicit etiã ibi alia glo. q super humeros ẽ percussus: quibus sm leges archam ferre debuit.

Questio. ii.

Secundo querit vtrũ cõtritus nõ cõfessus peccet mortaliter suscipiẽdo hoc sacrm. Et videt q nõ. Ille q recõciliatus A est deo digne põt suscipe hoc sacrm: sed p veram cõtritiõnẽ homo recõciliat deo ante confessionẽ. ergo extũc põt digne suscipere hoc sacramentũ. ¶ Itẽ homo nõ tenet de necessitate cõfiteri nisi semel in ãno: sed sibi licitum est pluries in ãno suscipere hoc sacrm. g aliqñ licite põt suscipere q̃uis nõ cõfiteatur.

¶ Cõtra. Ricardus d potestate ligãdi et soluẽdi. c. xi. Si añ sacerdotis absolutionẽ criminosus ad cõmunionẽ corporis xpi accedat p B certo iudiciũ sibi mãducat et bibit. etiã si eum iam ante multum peniteat.

¶ Rñdeo q cõtritus nõ confessus intelligi põt dupliciter: aut de peccato veniali: aut de pctõ mortali. pmo modo suscipiẽdo sacrm nõ peccat mortaliter: quia de peccato veniali nõ est necessaria cõfessio: nisi quãdo non hz peccatum mortale. tũc. n. cũ teneat semel in anno cõfiteri. oportet q de venialibus cõfiteat. Secũ-

C do modo distinguendū est: qꝛ aut hꝫ copiam cōfessoris idonei: ꝛ tēpus sufficiēs ad cōfitendū: ꝛ loquelā liberā aut nō. ☞ Primo mō dico ꝙ suscipiēdo hoc sacrm̄ mortaliter peccat: qꝛ ad hoc ꝙ hō sit dignus hoc sacrm̄ suscipere requirit ꝙ recōcilietur deo ꝛ eccl'ie: q̄ recōciliatio ē p cōfessionē ꝛ absolutionē. ☞ Scḋo mō subdistinguēdū est: qꝛ aut iminet scandalū psone sue: nisi cōicet: aut populi: aut quia iam icepit sacri mysteriū si sacerdos est. Et in quolibet istoꝝ triū casuū licitū est sibi cōmunicare cū ꝓposito cōfitendi. Si tñ nō adest aliquis p̄dictoꝝ trium casuum tenetur expectare quousqꝫ habeat copiā confessoris.

B ¶ Ad p̄mū in opp^m dōm ꝙ cū illa recōciliatiōe qua hō recōciliatur deo per iteriorē contritionē requiritur vt reconcilieť eccl'ie si pōt ante hui⁹ sacri susceptionē. ¶ Ad 2^m dōm ꝙ q̄uis hō nō teneatur nisi semel in āno ordinarie confiteri: tñ possunt accidere casus ꝑpter quos teneť pluries confiteri: iter quos vn⁹ est plurificata susceptio huius sacri: si ille q̄ vult suscipere recolat se cōmisisse mortale peccatum: de quo nō fuit cōfessus ꝛ absolut⁹ legitime. ¶ Auctoritatis Ricardi ad partē aliaꝫ satis pꝫ expō ex dict̄ in corpe q̄ōnis. Q̄ō. iii.

Tertio queritur vtrū ꝑpter aliq̄d q̄d non est pctm̄ tenetur hō abstinere a susceptiōe hui⁹ sacrm̄. Et videť ꝙ nō: qꝛ si aliq̄d aliud a peccato debet ꝓhibere susceptionem hui⁹ sacri hoc eēt imūditia mēstruoꝝ aut seminis fluxus: qꝛ reputabanť imunditie in lege: sed mēstrua nō ꝓhibēt mulieres ab huius sacramēti susceptōe. distin. 5. Ad eius. ꝛ a simili nec semis fluxus. ergo nulla alia imunditia a peccato ꝓhibet hui⁹ sacri susceptionē. ¶ Itē recōciliatus deo ꝛ ecclesie dignus est suscipere hoc sacrm̄: sed imūditie que nō sunt peccata nō ꝯ̄riātur reconciliationi p̄dicte. ergo nec susceptiōem hui⁹ sacri debēt ꝓhibere.

B ¶ Cōtra. ꝯcubitus cōiugalis sine omni pctō fieri pōt: vt iferius ostēdeť: sed añ eucharistie susceptionē aliquot diebus ab vxorib⁹ ꝓprijs est abstinēdū: de cōse. di. 2. Omnis homo. ergo est aliq̄d aliud a peccato prohibens hui⁹ sacramenti susceptionem.

¶ R̄ndeo ꝙ ꝓpter aliquid aliud q̄d non est peccatū tenetur aliq̄ñ hō abstiere a susceptione hui⁹ sacri ꝓpter ordinationē ecclesie: q̄ ꝓpter sacri reuerentiā ordinauit hoīeꝫ aliquādo debere abstinere a susceptiōe hui⁹ sacri ꝓpter aliqua que nō sunt peccata: eo ꝙ ipediūt vel minuūt reuerentiā que dꝫ obseruari in susceptione hui⁹ sacri: cuiusmodi est nocturna pollutio ꝓueniēs ex crapula vel imūda cogitatione que p̄cessit in vigilia: que crapula vel

C cogitatio si peccata mortalia fuerunt: vel ꝓbabile dubiū est vtrū fuerūt: tūc pollutio ex eis ꝓueniēs ꝓhibet de necessitate huius sacri susceptionē. si aūt certū est vel ꝓbabile: ꝙ nō fuerunt nisi peccata venialia: tūc illa pollutio nō ꝓhibet nisi de cōgruitate. Si aūt ꝓueniat ex nature superfluitate vel ifirmitate non credo ꝙ ꝓhibeat. Et hec ꝓbari possunt per ea q̄ dicūtur di. 6. Testamentū. ꝓbabile ēt periculuꝫ vomēdi hui⁹ sacramenti ꝓhibet susceptioneꝫ. Et de similib⁹ simile iudiciū habeať. Et pōt di-

D ci quasi per quādā appropriatione ꝙ p̄dicta minuunt reuerentiā que dꝫ obseruari in susceptione huius sacri: rōne speciei cōsecrate. Et qꝛ reuerentia que debeť corpori xp̄i exigit: vt ipꝫ suscipiēs diligenter recogitet q̄d accipit: q̄d ifantes ꝛ furiosi facere nō possunt. ideo nō debet dari ifantibus neqꝫ illis qui semper fuerunt furiosi. Si aūt furiosus anteq̄ itraret furiā: h⁹ sacramētū petijt in debito statu: sibi postea in furia pōt dari: nisi ꝓbabiliter timeať ꝙ illud ꝓijceret: vel aliquā aliā irreuerentiaꝫ faceret sacramēto. Et pōt dici ꝙ per appropriationem hec ipediunt reuerentiā que dꝫ obseruari in susceptiōe huius sacramēti rōne rei cō-

E tente. Et qꝛ causa ꝑpter quā aliq̄s debet iterdici vel suspēdi vel excōmunicari: siue maiori excōmunicatiōe siue minori derogat realiter vel s̄m iudiciū fori exterioris vnitati ecclesie: que est corp⁹ xp̄i mysticū: q̄d est res p hoc sacramentū significata: nō tamē sub sacramēto cōtenta: ideo iterdicti suspēsi excōmunicati etiā iniuste excludūtur a susceptiōe hui⁹ sacramēti: p̄dicte tñ pene sunt nō peccata: q̄uis p̄dictas penas cōtēnētes grauiter peccent.

¶ Ad p̄mū in oppositū dōm ꝙ imūditia mēstruoꝝ non ꝓhibet mulierē cōmunicare: qꝛ ē imūditia pure naturalis. Si autē vt diciť ibidem ex veneratiōe magis suscipere nō p̄sumit laudāda est: sed si percipit nō est iudican-

F da. Simili mō pōt dici de illa ifirmitate: que Leuit. 15. vocatur fluxus semis. ¶ Ad secūdū dōm ꝙ quāuis recōciliatus deo ꝛ ecclesie sit dignus simpl'r: potest tamē contingere casus: in quo nō debet hoc recipere sacramentū propter eius reuerentiam. Vel potest dici ꝙ non est incōueniens ꝙ aliquis sit dignus simpliciter: ꝛ tamen indignus s̄m quid.

¶ Ad argumentū ad partē aliā dōm ꝙ illō decretū nō loq̄tur de debito necessitatis: sꝫ cōgruitatis: mulier tñ debitū petēti reddere tenetur s̄m glo. ibidē. Articulus. iii.



Onsequēter querit̄ d̄ 3° principali. ¶ Et circa hoc querunt̄ tria. ▸ Primo vtrū sacerdos peccet: qui sciēter dat hoc sacr̄m exīsti in pctō mortali. ▸ 2° vtr̄ peccet h° sacr̄ȝ dādo hystrionibus ⁊ magis. ▸ 3° vtrū sacerdos hoc sacramentum dare debeat illis qui de crimine sūt suspecti. Questio. i.

A **Primo** ostēdo q̄ sacerdos peccat q̄ sciēter dat sacr̄m hoc existēti in peccato mortali. q̄uis lex dicat q̄ petēti debituȝ sit reddēdū: tñ ille peccat qui gladiū apud se depositū reddit petēti: si sciat q̄ petēs illū eodem iterficere se ꝓponat. ergo a simili quāuis ius canonicum dicat q̄ sacerdos suo subdito petenti ministret hoc sacramentū: peccat ministrādo: quādo scit illū hoc petere in maluȝ suū: qd̄ facit omnis petēs in peccato mortali. ¶ Itē vilior res est peccator iquantū peccator q̄ lutū: sed si sacerdos ꝓijceret sciēter corpus xp̄i in lutuȝ mortaliter peccaret. ḡ multo

B fortius mortal'r peccat qñ ponit ip̄m in ore illius quē scit ipse esse in mortali pctō. ¶ Iteȝ mortal'r peccaret medic⁹ qui sciēter daret medicinā ifirmo: qua eēt iterficiēdus. ergo cum grauior sit mors sp̄ualis q̄ corporalis. multo fortius sacerdos mortaliter peccat dādo hoc sacr̄ȝ illi quē scit eē in peccato mortali: q: talis recipiēdo hoc sacr̄m mortal'r peccat. ¶ Cōtra. de cōse. di. 2. nō ꝓhibeat dispēsator. Nō ꝓhibeat dispēsator pigues terre. i. peccatores fm glo. ad mēsaȝ dn̄i māducare. ¶ Itē

C i. q. i. Xp̄s. Xp̄s q̄d fecit nobis q̄ traditorē suū tāta patiētia ꝑtulit: vt ei p̄mā eucharistiā cōfectā manib⁹ suis in ore suo cōmēdatā. sicut ceteris ap̄lis traderet: quasi dicat in hoc exēplū nobis reliq̄t. ¶ Itē. 6. q. i. Aduersitas. in fine dicit̄: q̄ q̄uis xp̄s sciret iudā esse furē: tñ ad p̄dicandū eū misit: ⁊ ei eucharistiā dedit. docēs in ecclesia tolerari malos. ergo exēplo xp̄i licitū est sacerdoti dare eucharistiam illi queȝ scit eē in peccato mortali.

D ¶ Rn̄deo q̄ ille quē sacerdos scit eē in peccato mortali: aut nō petit eucharistiā sibi dari: ⁊ tūc sacerdos dādo peccat: aut petit: ⁊ tūc distingue: q: aut suū peccatum mortale est occultū: aut manifestū. Si manifestū: tūc sacerdos sibi dādo eucharistiaȝ peccaret: q: legitimā cōtra ip̄m habet excusationē vel exceptionē: quā sibi publice obijcere pōt: ⁊ accipio hic manifestū nō pro oi eo qd̄ ꝓbari pōt: qd̄ magis ꝓp̄ie dicit̄ manifestabile q̄ manifestum. Vñ si sacerdos sciret parochianū suū eē in crimie qd̄ legitime ꝯ ip̄m posset ꝓbari: ita q̄ illd̄ crimē nescirent cū ipo nisi duo vel tres testes: per quos hoc ꝓbare posset: nō ꝓpter hoc d̄beret eucharistiā negare illi in publico petenti. q: iā iferret sibi penā ante criminis ꝓbationē: qd̄ fieri nō debet. ii. q. 3. Cor qui. Sed accipio hic manifestū pro notorio. Est aūt pctm̄ notorium: vel per sententiā vel p cōfessionē factaȝ in iure aut euidētiā rei que tergiuersatiōe aliqua celari nō potest. ex̄. de coha. cle. ⁊ muli. ca°. vlti. Si aūt peccatū suū est occultū: aut petit in occulto. et tunc sacerdos sibi dādo peccaret: q: hȝ ꝯ eū legitimā exceptionē quā sibi in occulto obijcere pōt: ⁊ ip̄m dȝ monere ne petat in publico: vt habet̄ de cōsecr. di. 2. Nec ꝓhibeat. Aut petit i publico: ⁊ tūc sacerdos sibi dare tenet̄. q: ꝯ eū nō hȝ legitimā exceptionē: quā ei in publico obijcere possit. ex̄. de officio iudicis ordinarij. Si sacerdos.

E

F

¶ Ad p̄mū dōm q̄ nō est simile: q: ius naturale qd̄ est virtuosius iure positiuo: p̄cipit nō reddere depositū in tali casu. nō est aūt sic in ꝓposito. imo ius nāle dictat qd̄ occultus peccator a prelato suo nō publicet̄. Vñ nec xp̄us publicauit pctm̄ iude quousq̄ ipse iudas semetip̄m manifestauit. Vñ. ex̄. de offi. iudi. or. si sacerdos sciat pro certo aliquē eē reū alicuius criminis: vel cōfessus fuerit ⁊ emēdare noluerit: nisi iudiciario ordine q̄s ꝓbare possit: cū nō debet noīatim arguere. ¶ Ad scd̄m dicēdū q̄ nō est simile: q: lutū corporale polluit illud qd̄ in ip̄m ꝓijcit̄. Vñ sp̄es consecratas pollueret. Sed peccator recipiēs corpus xp̄i nihil polluit nisi semetipsum. ¶ Ad 3^m dōm: q̄ nō est simile: q: talē medicinā negare infirmū nō ifamaret: nec populū scādalizaret: nec aliq̄d preiudiciū bono cōmuni faceret: qd̄ fieret si iudici liceret punire: vel aliū diffamare pro sua volūtate iudiciario ordine ꝑtermisso. ¶ Argumēta ad partē aliā ꝓcedūt de peccatore occulto petēte in manifesto. Et caueat sacerdos ne sic petēti det hostiā nō cōsecratam simulās sibi dare corp⁹ xp̄i: quia si hoc faceret grauissime peccaret. daret. n. sibi ⁊ pp̄lo occasionē idolatrādi quantū in se eēt. Qō. ii.

G

H

A **Secundo** queritur vtrū sacerdos peccet dando hoc sacramentum hystrionibus ⁊ magis. ¶ Rn̄deo q̄ solo hui⁹ q̄ōnis ex solutiōe precedētis manifesta est. tales. n. ducūt illicitā vitam. Vñ de talibus dr̄. de cōsecr. di. 2. Pro dilectōe. Puto nec maiestati diuie: nec euāgelice discipline ꝯgruere: vt pudor ⁊ honor eccle-

sic tñ turpi et ifami cõtagione sedetur. Unde
B nec talibus nec cuicũq; ifami notorio et mani festo dãda est eucharistia sm etiã glo. ibidez. Si tñ vt dr sequẽti. c. tales reuertãtur ad dñm eis grã vel recõciliatio nõ negetur. non est tñ sic itelligendũ q statiz debeat eis dari eucharistia: qz ppter reuerentiã sacri: et vt pbet eorum cõuersio nõ ficta: non debet eis dari vsq; post peractã penitẽtiã: nisi aliquis articulus necessitatis vel pietatis aliquãdo aliter fieri suaderet. Questio. III.

Tertio querit vtrũ sacerdos hoc sacrũ dare debeat illis q de crimine sũt su
A specti. Et videt q sic. 2. q. 1. Multi. et sumptũ e ab Aug. lib. de penitẽtia. lõge añ finẽ. Noluit deus hoiem ab hoie iudicari arbitrio suspitionis: sed si sacerdos nõ daret eucharistiã suspectis de crimine sicut alijs: iudicaret eos arbitrio suspitiõis. ergo videt q eis debeat eucharistiã dare nõ obstãte suspitiõe. ¶ Itẽ. 6. q. 1. Oues. Ois suspitio poti⁹ est repellẽda q approbãda vel recipiẽda. Sed si sacerdos p suspitiõe dimitteret eucharistiã dare suspect: suspitionẽ nõ repelleret: sed approbaret vel reciperet. ergo videt q nõ debet dimittere dare eucharistiã alicui pro suspitione.
B ¶ Cõtra. 32. q. 1. Dixit dñs. Ubicũq; est fornicatio vel fornicationis suspitio libere vxor dimittit. ergo a simili vbicũq; est suspitio hõ, ppter illã: sicut ppter factũ iuste repellit. ergo sicut sacerdos nõ dz dare eucharistiã publice criminosis: ita nec publice d crimie suspect. ¶ Rñdeo. sicut dicit glo. sup caplm vltimo allegatũ. triplex est suspitio: temeraria: pbabilis: violẽta. ¶ Suspitio temeraria dr q ex irratõabili cã cõsurgit: cuiusmodi est illa q cõficta est rumorib⁹ maledicor hoiuz et obtrectatorũ. 11. q. 3. In cũctis: et p tali suspitiõe nõ dz sacerdos dimittere eucharistiã dare suspecto. ¶ Probabilis est q cõsistit ex pbabilibus signis. pp hãc suspitionẽ nõ debz etiã sacerdos
C dimittere dare eucharistiaz. 2. q. 1. Deus. Mala audita nullũ audientiũ moueãt nec passim dicta absq; certa pbatiõe quisq; vnq credat. Sed añ audita diligẽter inqrat: nec pcipitanter qd aliqs agat: et ita nullũ añ veraz: iustãq; pbatõez iudicare aut dãnare debem⁹. ¶ Violẽta est que surgit ex suspitiõib⁹ violentis: vt si inueniat suspect⁹ cũ suspecta: nudus cũ nuda: solus cũ sola in eodẽ lecto loco et tpe suspect: et 9 tales suspectos iudicãdũ est: sicut iudicaretur de facto. Unñ sicut publice criminoso sacerdos nõ dz dare eucharistiã. ita nec publice suspecto de crimine mõ suspecto predicto. sm
D eni iura quatuor modis cõuincit hõ de crimine. s. ipsis aut testibus: vel facti euidẽtia: ex q cohã. cle. et muli. Tua. Et. 3. q. 1. Scelus qd notarius. aut iuris iterptatiõe: vt qñ qs sepe citatur et monet: neq; se purgat: nec cõparet. 3. q. 9. Decernim⁹. vbi sic dr. Manifestũ e psumtari de crimine eũ q idulto et totiẽs delegato iudicio purgãdi se occasiõe nõ vtit. aut violẽta suspitiõe. 32. q. 1. Dixit dñs. et hec no. 2ª. q. 1. c. 1. in glo. ¶ Argumẽta ad partẽ pmã procedũt de suspitiõe temeraria vel pbabili. ¶ Argum ad ptẽ aliã pcedit de suspitiõe violẽta.

Circa lfam. Ut qd paras dentẽ et ventrẽ. supple tñ: qz hoc nõ sufficit: credere
E eni oportet. In illo. n. sacro et corp⁹ et sanguinẽ suũ cõmẽdauit nobis. qd et fecit nos ipsos. i. cui⁹ significatũ fec nos ipsos. s. corp⁹ xpi mysticum. corpus. n. xpi verũ in sacro signũ e corporis mystici. Unde põt dici q ly qd. ibi facit relationẽ simplicẽ. Malus accipit sacramẽtũ et nõ rẽ. hoc nõ itelligitur de re cõtenta: q est corpus xpi verũ: sed de re significata et nõ ptenta: q est corpus xpi mysticum quo ad formale eius pncipium: qd est gratia.

¶ De heresi aliorũ qui dicunt corp⁹ xpi nõ esse in altari nisi in signo. Di. X.



Unt item alij precedentiũ isaniaz transcendẽtes qui dei virtutẽ iuxta modũ naturaliũ reruz metiẽtes audacius ac periculosi⁹ veritati cõtradicũt. asserentes in altari nõ esse corpus xpi vl sanguinẽ: nec substãtiã panis vel vini in substãtiã carnis et sanguinis conuerti: sed ita christũ dixisse. Hoc est corpus meũ: sic apls dicit: petra aũt erat christus. Dicũt eniz ibi esse corpus christi tñ in sacramento .i. in signo: et tñ in signo manducari a nobis: qui errandi occasionez sumũt a verbis veritatis: vnde prima heresis facta est in discipulis christi. Cum enim diceret. Nisi quis mãducauerit carnẽ meã: et biberit sanguinẽ meũ nõ hẽbit vitam eternã. Illi nõ itelligẽtes dixerũt: dur⁹ ẽ hic sermo: qs põt eũ audire? et abierũt retro. Illis discedentib⁹ instruxit duo-

decim qui remanserant. Spūs est inqt qui viuificat caro nihil pdest. verba q̄ locut⁹ sum vobis spūs ꝛ vita sunt. Intellexisti spūaliter spūs ꝛ vita sunt. Intellexisti carnalr: etiā sic spūs ꝛ vita sunt: sed tibi nō sunt. Spūaliter itellige q̄ locutus sum. Non hoc corpus qđ videtis mādueaturi estis ꝛ bibituri illū sanguinem: quē fusuri sunt qui me crucifigent. Sacr̄m aliquod vobis cōmēdaui: spiritualiter itellectū viuificabit vos: caro aūt nō pdest quicq̄. Sunt etiā ꝛ alia illorum isanie fomitē ministrātia. Ait eni Aug. Donec seculū finiatur sursum ē dominus: sed tamē etiā hic nobiscū est. veritas domini. Corpus eni in quo resurrexit in vno loco esse oꝫ. veritas aūt ei⁹ vbiq̄ diffusa est. Iteꝫ vna psona deus ꝛ hō: vbiq̄ p id qđ est deus: in celo p id qđ homo est. Christ⁹ etiā dicit. Pauperes semp habebitis vobiscū: me autem non semp habebitis. His aliisq̄ vtūtur p̄fati heretici in assertiōe sui erroris.

¶ Determinatio premissoꝝ.

q Ue ex eadē rōne oīa accipiēda sunt: nō eni his negatur veꝝ corpus xp̄i a fidelibus sumi vel in altari esse: sꝫ his veritas apostolos: ꝛ in eis nos instruxit q̄ ipsius corpus non in partes direptum: vt putauerunt illi discipuli qui retroierūt: sed integꝝ: nec visibilr in forma humana: sed inuisibiliter sub forma panis ꝛ vini corpus ꝛ sanguinem nobis traderet. Quē sensuꝫ Augu. cōfirmat dicēs. Ipsū quidē ꝛ nō ipsum corpus quod videbat̄ mādueat̄: ipꝫ inuisibiliter: nō ipsuꝫ visibiliter. Item. Etsi necesse est illud visibilr celebrari necesse est tamē inuisibiliter itelligi. Ita etiaꝫ intelligenduꝫ est corpus xp̄i esse in vno loco. s. visibiliter in forma humana: veritas tamē eius. i. diuinitas vbiq̄ est. veritas etiā eius. i. verū corpus in omni altari est vbicūq̄ celebratur. Sic etiaꝫ illud itelligendū est: pauperes semp habetis vobiscū: me aūt nō semp habebitis: secundū corporalē presentiā. s. q̄ cuꝫ eis conuersabatur. Similr per id quod homo est in celo est visibilr: inuisibiliter aūt est in altari: qꝛ nō in forma humana apparet: sed forma panis ꝛ vini operit̄. Unde ꝛ inuisibilis caro eius dicit̄ que vere est in altari. Sed qꝛ in spē sua nō apparet: inuisibilis dicitur. Ait eniꝫ Augu. Hoc est quod dicimus: qđ modis omnibus approbare cōtendimus: sacrificiuꝫ ecclesie duobus cōfici: duobus cōstare: visibili elementoꝝ specie: ꝛ inuisibili domini nostri Iesu xp̄i carne ꝛ sanguine: sacramēto ꝛ re sacramenti. i. corpore xp̄i: sicut xp̄i persona cōstat ꝛ cōficit̄ ex deo ꝛ homine. Cū xp̄s sit verus deus ꝛ hō: qꝛ oīs res illarum rerū naturā ꝛ veritatem in se cōtinet ex q̄bus conficitur. Cōficitur aūt sacrificiū eccl'ie duob⁹: sacramēto: ꝛ re sacri. i. corpore xp̄i. Est ergo sacr̄m ꝛ res sacri ideꝫ corpus xp̄i. Ecce inuisibilē dixit carnē xp̄i: qꝛ forma panis operta sumitur ꝛ tractatur. Idēq̄ corpus xp̄i dixit esse sacr̄m ꝛ rē: ex quo cōfirmatur: qđ supra diximus. Deide addit quod magis mouet lectorem. Caro inquit eius est: quā sub forma panis optam in sacramēto accipimus: ꝛ sanguis eius quē sub vini specie ac sapore potamus: caro. vꝫ. carnis ꝛ sanguis sacramētum est sanguis: carne ꝛ sanguine vtroq̄ inuisibili: itelligibili ꝛ spūali significat̄ corpus xp̄i visibile: ꝛ palpabile: plenuꝫ gratia ꝛ diuina maiestate.

¶ Que sit itelligentia premissorum.

a Ttendite his diligenter: qꝛ tropo quodā vtitur hic Aug. Quo solent res significātes reꝝ sorti

ri vocabula quas significat. Dicenz vi sibilis spēs panis vocat nomine carnis: ⁊ visibilis spēs vini noīe sanguinis. Inuisibilis vero ⁊ itelligibilis dicitur caro xp̄i: q₂ secundū illā spēm nō videt caro: sed itelligitur: ita ⁊ sanguis. Caro ergo iuisibilis dicitur esse sacr̄m carnis visibilis: q₂ spēs panis secundū quā illa nō videt caro: est sacramētū carnis visibilis: quia carne iuisibili: idest specie secū dū quā caro xp̄i non videtur caro: significatur corpus xp̄i: qđ est visibile ⁊ palpabile: vbi in sua forma apparet. Ita ⁊ de sanguine accipi debet. Quez sensum cōfirmat Aug. aperiēs qualr̄ predicta itelligēda sint. quia obscure dixerat cōsequēter dicēs: ita panē vocari corpus xp̄i: cū vere sit sacramentū corporis xp̄i quod in cruce positū est: sicut ipsa imolatio que fit manib⁹ sacerdotis vocatur xp̄i passio nō rei veritate: sed significandi mysterio: ⁊ sicut sacramētū fidei dicitur fides. Satis respōsum est hereticis: ⁊ obiectiōibus eoꝝ: qui negāt verū corpus xp̄i in altari esse: ⁊ panē in corp⁹: vl' vinū in sanguinē mystica cōsecratione cōuerti dicētes. Quis audeat manducare dominū suū? Quis etiaȝ audeat dicere quottidie formari corp⁹ christi đ materia vl' substātia: q̄ nō fuit virgīs caro?

¶ Auctoritatib⁹ ꝓbat veꝝ corp⁹ xp̄i eē in altari: ⁊ in id panem cōuerti.

b Ec ⁊ his similia obijciūt illi in diuino mysterio legē nature sectantes: quoꝝ perfidiā subdita cōuincūt testimonia. Ait. n. veritas. Accipite. hoc est corp⁹ meuȝ. Itē Ambrosius. Si tm̄ valuit sermo Helie vt ignē de celo deponeret: nō valebit tm̄ sermo xp̄i vt substātias mutet? De toti⁹ mūdi operib⁹ legitur: quia ipse dixit ⁊ facta sunt ⁊c̄. Sermo igitur. i. fili⁹ qui potuit ex nihilo facere quod nō erat: nō potest ea que sunt in id mutare quod nō erant? Nō enī minus est causare q̄ȝ mutare nouas naturas reb⁹. Itē si ordinem querimus: viro mixta femina generare ꝯsueuerat: liquet ergo ꝙ preter nature ordinem virgo generauit: ⁊ hoc qđ conficimus corpus ex virgine est. Quid ergo hic queris nature ordinē i xp̄i corpore: cū preter naturā sit ipse partus ex virgine? Itē ante benedictionē alia spēs nominatur: post cōsecrationē corp⁹ significatur. Ante cōsecrationē aliud dr̄: post ꝯsecrationē sanguis nūcupatur. Tu dicis amē. i. veruȝ est. quod sermo sonat: affectus sentiat. Itē Augu. In specie panis ⁊ vini: quā videmus: res iuisibiles. i. carnē ⁊ sanguinē honoramus: nec similiter pēdimus has duas spēs: sicut ante cōsecrationē pendebam⁹: cū fidelit̄ fateamur ante ꝯsecrationē panē esse ⁊ vinum: quod natura formauit. Post cōsecrationē vero carnē christi ⁊ sanguinē: qđ benedictio cōsecrauit. Itē Ambro. Panis ē in altari vsitat⁹ añ v̄ba sacra. vbi accessit consecratio: de pane fit xp̄i caro. Quo mō aūt potest qđ panis ē eē corpus xp̄i? Cōsecratione que fit sermone xp̄i. Itē si tanta vis est in sermone domini vt icipiant esse que nō erāt: quanto magis operatorius est: vt sint q̄ erāt ⁊ in aliud cōmutentur? Et sic qđ erat panis ante cōsecrationē: iam corpus christi est post cōsecrationē: q₂ sermo christi creaturā mutat: ⁊ sic ex pane fit corpus christi: ⁊ vinū cū aqua in calice missum fit sanguis cōsecratione verbi celestis. Itē Augu. Sicut per spūm sanctū vera xp̄i caro sine coitu creatur: ita per eundē ex substātia panis ⁊ vini idē corpus christi ⁊ sanguis cōsecratur. Corp⁹ christi ⁊ veritas ē ⁊ figura. Ueritas dū

corpus chriſti ⁊ ſanguis virtute ſpirit⁹
eſt panis: viniqꝫ ſubſtātia efficitur. Fi-
gura vero eſt id qḋ exterius ſentit̄. Itē
Euſebius emiſenus. Inuiſibilis ſacer-
dos viſibiles creaturas in ſubſtātiā cor
poris ⁊ ſanguinis ſui verbo ſuo ſecreta
poteſtate cōmutat. Ex his alijſqꝫ pluri
bus cōſtat verū corpus chriſti ⁊ ſangui
nē in altari eſſe: imo itegrum chriſtū ibi
ſub vtraqꝫ ſpē: ⁊ ſubſtantiā panis in cor
pus: viniqꝫ ſubſtātiā i ſanguinē ɔuerti.
¶ Superi⁹ determinauit magr̄ de hoc ſacra
mēto ſm ſe: ⁊ per cōparationē ad ſuſcipiētē.
hic oſtēdit verꝫ corpus xpi eſſe ſub ſpē panis.
¶ Et diuidit̄ pars iſta in tres partes. Pri-
mo magr̄ ponit errorē illoꝝ qui negāt corp⁹
xpi eſſe ſub ſpē panis: ⁊ auctoritates quas illi
adducebāt pro ſe. 2° ponit earū ſolōnē. ibi.
Que ex eadē. Tertio ad ɔfirmationē vita
tis de eēntia veri corporis xpi ſub ſpē plures
adducit auctoritates. ibi. Hic ⁊ his. ¶ Me-
dia diuidit̄ in duas. Primo ſoluit auctori-
tates q̄s heretici adducebāt pro ſe. Secun-
do explanat quandā auctoritatē adductaꝫ in
aliarū auctoritatū ſolutione. ibi. Attende.

Articulus. I.



Irca hanc di. querēdum eſt ꝑncipalr̄ de
7. Et ꝑmo de eſſe corporis
xpi ſub ſacr̄o. Scḋo de mō
eſſendi. Tertio de ſubſtan-
tie panis ɔuertibilitate. 4°
de corpis xpi vt eſt ſub ſacr̄o mobilitate ⁊ tā-
gibilitate. Quinto ḋ cognoſcibilitate. 6°
de modo eēntie partiū corporis xpi ſub parti
bus illius ſpēi. 7° de virtute per quā corp⁹
xpi eſt ſub ſpē. ¶ Circa ꝑmū queruntur duo.
Primo vtrū corp⁹ xpi ſit ſub ſpē q̄ītum ad
verā eius ſubſtātiā. Scḋo vtrū quātū ad ei⁹
verā quantitatē.

Queſtio. I.

A Primo oſtēdo ꝙ corpus xpi non eſt ſub ſpē q̄tū ad eius verā ſubaꝫ. ḋ cō-
ſecra. di. 2. Nō hoc. ⁊ magr̄ in lr̄a huius diſ. c.
ꝑmo. Nō hoc corpus qḋ videtis manducatu
ri eſtis ⁊ bibituri illū ſanguinē quem effuſuri
ſunt qui me crucifigēt. Sed ſi vere ibi eēt ſub
ſtantia corporis xpi manducaret̄ a māducan
te ſpēm. ergo nō eſt ibi. ¶ Itē eadē di. ꝑma. ⁊
magr̄ in lr̄a huius di. c. I. Donec ſeculū finiat̄
ſurſum eſt dn̄s: ſed ſi eēt ſub ſpē eſſet iferius. ḡ
nō eſt ibi. ¶ Item Mat. 26. Pauperes ſemꝑ
habebitis vobiſcū. me aūt nō ſemper habebi- B
tis: ſed ſi ſubſtātia eius vere eēt ſub ſpē: ſemꝑ
poſſemus eā habere. ergo nō eſt ibi. ¶ Item
qḋ eſt alicubi vbi ꝑus nō fuit mutatū eſt: ſꝫ ꝑ
v̄ba que dicit ſacerdos ſubſtātia corporis xpi
nō mutatur. ergo ſub illa ſpecie nō eſt.
¶ Cōtra. de ɔſecr. di. 2. Panis ē in altari. vbi
acceſſerit cōſecratio: de pane fit chriſti caro.
¶ Itē eadē di. Hoc ē. ⁊ recitat magr̄ in litte
ra hui⁹ di. c. 2. Ois res illaꝝ rerū naturā ⁊ ve-
ritatē in ſe cōtinet: ex q̇bus cōficitur. cōficitur
aūt ſacrificiū eccleſie duobus: ſacramēto ⁊ re
ſacramēti. i. corpore xpi. eſt igit̄ ibi ſacramen-
tum ⁊ res ſacr̄i. i. corpus xpi.
¶ Ad iſtā queſtionē rn̄deo. ꝙ in ſacramento C
altaris ſubſtātia corporis xpi vere ⁊ realr̄ cō-
tinetur ſub ſpē panis: diuina. n. virtus que de
nihilo mūdū creauit hoc iſtituere potuit ⁊ in
ſtituere voluit: ⁊ q: voluit fecit: ⁊ hoc facere
cōgruū fuit: q: in hoc manifeſtatur ſue poten
tie imenſitas. hoc eni eſt tā admirabile ꝙ trā
ſcēdit omnē facultatē nature: ⁊ ſue humilita-
tis ꝓfunditas in hoc ꝙ voluit ꝙ poſſem⁹ ſuuꝫ
corpus ſacratiſſimū noſtris manibus cōtra-
ctare: ⁊ eius ieſtimabilis charitas ꝙ in hoc a
nobis viſibilr̄ recedēs nobiſcū voluit verꝫ cor
pus ſuū iuiſibilr̄ remanere: ⁊ per hoc in volē- D
do credere in humilitate exercitamur: ⁊ i vir-
tute ſpei roboramur: ⁊ charitate ampli⁹ inflā-
mamur. Sūme ergo debēt omnes catholici
deteſtari: ⁊ perſeq̄ illū peſſimū errorē ipiorꝫ
qui dixerūt corp⁹ xpi nō cōtineri realiter in ſa
cramēto altaris: ſed tm̄modo ibi eſſe ſicut in
ſigno: quē errorem retractauit berengari⁹ ro-
me coram centū. 13. epiſcopis: vt habet̄. de cō-
ſecra. di. 2. Ego Berengarius.
¶ Ad ꝑmū in oppo^m dōm ꝙ ſoluitur ꝑ lr̄aꝫ
ſequentē. ſeq̇tur. n. imediate. Ipꝫ quidē ⁊ nō
ipm: ipſum iuiſibilr̄: nō ipm viſibiliter: ſupple E
māducabitis. Sed inuiſibilr̄ ſub ſpē panis: ⁊
ſanguinē iuiſibilr̄ bibetis ſub ſpē vini. ¶ Ad
ſcḋm dōm ꝙ ſoluit̄ ēt per lr̄am ſequentē. ime
diate eni ſeq̇t̄. Sꝫ tn̄ hic etiā nobiſcū eſt veri-
tas dn̄s. glo. ibidē. i. ipm verū corp⁹ in forma
panis in altari. Surſum ē ergo viſibilr̄. hic āt
nobiſcū eſt in ſacr̄o iuiſibiliter: ⁊ cū hoc reali
ter. ¶ Ad tertiuꝫ dōm ꝙ ibi voluit. dn̄s dice-
re ꝙ nō ſemper ipm haberēt ſm corporalē ꝑ-
ſentiaꝫ viſibilr̄ ſicut erat cōuerſatus cum eis.
¶ Ad 4^m dōm ꝙ nō oportet maiorē eſſe ve- F
ram: quādo aliq̇d eſt vbi ꝑus nō fuit ꝑ trāſub
ſtantiationē alterius rei in ipm. per hoc autē
eſt corpus xpi realr̄ in ſacr̄o altaris: vt iferius
declarabitur. Uel poteſt dici ꝙ nō oꝫ ꝙ illud

quod est alicubi vbi prius non fuit: mutatum sit nisi desinat esse vbi prius erat: corpus autem xpi cum incipit esse sub specie sub qua prius non erat non propter hoc desinit esse vbi prius erat. Questio. II.

A **Secundo** queritur vtrum corpus xpi sit sub specie quantum ad eius veram quantitatem. Et videtur quod non. vnam quantitatem esse maiorem alia. est ipsam continere et excedere. ergo cum quantitas corporis xpi maior sit quam quantitas hostie ponere eam sub quantitate hostie videtur contradictionem includere. ¶ Item omne quantum contentum ab alio quanto est in eo sicut in loco: et circumscribitur ab eodem. sed corpus xpi non est sub specie localiter: quia vt dicitur de consec. dist. 2. Prima. Corpus in quo resurrexit dominus vno loco oportet esse: nec circumscribitur a specie: quia quantitas ab alia circumscripta commensuratur eidem. ergo in sacro altaris non est substantia corporis xpi cum sua vera quantitate.

B ¶ Item facilius est substantiam separari ab accidentibus quam econuerso: quia accidentia dependent a substantia. cum ergo in hoc sacro sint accidentia panis sine substantia: vt inferius declarabitur. multo fortius ibi debet esse substantia corporis xpi sine accidente. quantitas autem accidens est.

¶ Contra. corpus xpi in sacro altaris est corpus organicum viuens: sed tale corpus non potest esse sine quantitate. ergo corpus xpi est sub specie panis cum sua naturali quantitate. ¶ Item quamuis esse substantie non dependeat ex accidente: tamen per accidens est suum bene esse: sed corpus xpi nusquam debet esse sine bene esse. ergo corpus xpi non est sub

C specie panis sine quantitate: cum inter alia accidentia sit immediatior substantie.

¶ Respondeo quod corpus xpi cum sua quantitate realiter continetur sub specie panis in sacro altaris: nec tamen quantitas corporis xpi circumscribitur ab illa specie. primo probatur per conclusionem questionis precedentis. cum enim realiter ibi sit substantia corporis christi: que a sua quantitate naturali non separatur: sequitur ipsam quantitatem ibi esse: et quia etiam corpus anime coniunctum est: ibi etiam est anima. Unde si aliquis consecrasset in triduo mortis xpi sub sacramento fuisset cor-

D pus sine anima: et quia ista non separantur a diuinitate ibi etiam est diuinitas. Sed substantia corporis est ibi primo et per se et immediate: quia substantia panis non transubstantiatur nisi in substantiam corporis: quantitas autem et anima et diuinitas ibi sunt per concomitantiam: quamuis si diuinitas non esset ibi per concomitantiam: tamen esset ibi tota propter simplicitatem et immensitatem suam: per que vbique tota est sub specie. ergo sub specie panis totus est christus cum sua quantitate. similiter sub specie vini: quia quamuis substantia vini non transubstantietur nisi in sanguinem: tamen

E quia sanguis vnitus est corpori: et corpus sue quantitati et anime: et corpus et anima diuinitati. ideo corpus: quantitas eius: anima: diuinitas sunt sub specie vini per concomitantiam: et ita sub specie vini totus est xps: quod autem quantitas corporis xpi non circumscribatur a quantitate speciei. declaratur sic. quantum circumscriptiue contentum ab aliquo quanto ei commensuratur: ita quod pars respondet parti: sed quantitas corporis xpi non commensuratur quantitati speciei. neque pars respondet parti: immo vt inferius ostendetur: est sub

F qualibet parte hostie tota. quantum enim quod commensuratur alii quanto applicatur ei primo et per se et immediate per suam quantitatem. hic autem est econuerso: quia quantitas corporis xpi est sub specie per suam substantiam que per se primo et immediate sub illa specie continetur.

¶ Ad primum in oppositum dicendum quod procedit de continentia circumscriptiua. sic enim ponere maiorem quantitatem contineri a minori contradictionem includit: vt autem ostensum est in corpore questionis: corpus xpi non circumscribitur a spe-

G cie. ¶ Ad secundum dicendum quod maior non est vera de quanto: quod continetur sub alio quanto ratione substantie primo et per se et immediate. et non ratione sue quantitatis nisi per concomitantiam: sicut est in proposito. ¶ Ad tertium dicendum quod quamuis deus posset substantiam corporis xpi ab accidentibus separari: tamen non decebat quod fieret: sicut decet accidentia panis separari a substantia sua: non enim posset corpus xpi separari ab omni accidente remanente vita: quia anima non potest animare corpus nisi organicum. organizatio autem substantie corporis xpi sine quantitate esse non potest.

Articulus. II.



**Consequenter** queritur de secundo principali. ¶ Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrum dei filius possit facere corpus suum in illa specie vt in loco: sub qua continetur in sacramento. Secundo vtrum ipse possit facere corpus suum in pluribus locis simul.

Questio. I.

¶ Ad primum in oppositum dicendum quod inhonesta corporis expedit quandoque manifestare medico ad curationem: et hac intentione manifestanda sunt etiam inhonesta anime sacerdoti tanquam medico anime. ¶ Ad 2m dicendum quod secundum quod dicit magister in littera huius di. c. vlti. illud verbum ad publicam penitentiam referendum est: ibi enim virtutes lachrymarum et confessionis ostendens significare voluit quod lachryme occulte et secreta confessio. sicut que fit soli sacerdoti lauant delictum quod pudor est publice confiteri. Et quod post hoc dicit se lachrymas petri legisse non confessionem vel satisfactionem: per hoc non excludit illa. multa enim facta sunt que scripta non sunt. Uel forte

nondum facta erat institutio cõfessionis que
G modo ẽ. ¶ Ad 3ᵐ dõ ꝙ ille qui nimis est fa-
miliaris vni parti iudex esse non dꝫ in illa cau
sa. extra de officio ⁊ potestate iudi. delega. In
sinuante. qꝛ sicut dicit gl. ibidem. Familiarita
tis affectio veritatẽ impedire solet. homo au
tem nimis est familiaris carni sue. ⁊ iõ nõ ẽ rõ
nabile ꝙ sit iudex in illa causa in qua agendũ
est de punitione carnis sue: ꝙuis illa punitio
sit ad anime curationeꝫ. ⊽ Preterea cõfessio
non solum ordinatur ad taxationem emẽde
imo ad aliquã relaxationeꝫ pene virtute cla
uium ⁊ ad susceptionem gratie. ⁊ quia nullus
H habet claues in foro pnie nisi sacerdos: ideo
non est necessarium cõfiteri non sacerdoti: ẽt
cum haberi non põt sacerdos. vnde illud ver
bum magistri in lr̃a. c. 5. Si defuerit sacerdos
proximo vel socio facienda est confessio: expo
nendum est de cõgruitate nõ de necessitate.
¶ Ex dictis in corpore questionis patet solu
tio expresse ad qõnẽ secũdã. Qõ. iii.

Tertio querit̃ vtrum homines teneãt̃ con
fiteri peccata sua sacerdoti ex iure
nature. Et videt̃ ꝙ sic. glo. super illud geñ. 3.
A Adam vbi es. dic̃ ꝙ verba sunt increpantis ⁊
ad confessionẽ mouẽtis vel cogẽtis ꝯm aliaꝫ
lr̃am nõ ignorantis. ergo in lege nature tene
bantur hoies ad cõfessionẽ. quod nõ esset ve-
rum: si non esset de iure naturali. ¶ Itẽ vt hꝫ
decretoꝝ di. i. circa principiũ. Ius nãle ẽ: qð i
lege ⁊ euangelio cõtinet̃: sed ex lege diuina te
netur homines peccata sua cõfiteri sacerdoti
vt declaratũ ẽ i qõne precedẽti. dr̃ ẽt leuit. 16.
ꝙ sacerdos debeat cõfiteri oẽs iniquitates fi
lioꝝ israel. qð non poterat facẽ nisi eas sciret.
nec scire poterat nisi p eoꝝ cõfessionẽ. ergo ad
B ꝯfitẽdũ peccata sacerdoti tenẽt̃ hoies de iure
nature. ¶ Itẽ ꝯfessio non tm̃ est pars sacra-
mẽti. ſꝫ actꝰ virtutis. actꝰ aũt virtutũ moralĩũ
sunt de iure nature. ergo confiteri peccata sa
cerdoti est de iure nature.
¶ Contra. huꝰ ꝑ li°. de sacra. parte nona. ca-
pi. fo. dicit ꝙ sacramentũ ẽ ex institutione si-
gnificans. sed quod ẽ ex institutione. nõ ẽ de
iure nãe. ergo sacramẽtũ nõ ẽ de iure nãe. Sꝫ
cõfessio est ps sacramẽti pnie. g̃ ñ ẽ d iur̃ nãe.
C ¶ Rñdeo duplex ẽ ꝯfessio. s. mẽtalis q̃ fit so-
li dõ. ⁊ h̃ ẽ de iure nãe. q̃dã vocalis q̃ fit sacer
doti. ⁊ h̃ nõ ẽ de iure nature. qꝛ nihil ẽ de iure
nãe nisi illa pria ꝓncipia agibiliũ quoꝝ veri-
tas vltro offert se naturali cognitõi practici i
tellectꝰ. vel ea q̃ ex eis p modũ cõclusionũ im
mediate vel mediate sequuntur. ⁊ quia ex il-
lis principijs sequitur per modũ cõclusionis.

ꝙ homo deo laudis cõfessionẽ exhibeat tam D
corde q̃ ore. ⁊ confessiõeꝫ peccatoꝝ mentaleꝫ
per eoꝝ recognitiõeꝫ ⁊ detestationẽ in corde.
iõ tales cõfessiões sũt de iure nature. ſꝫ ꝯfiteri
pctã sacerdoti nõ ẽ de primis principijs agibi
lium. quorũ veritas vltro se offert nãli cogni-
tioni. nec seq̃tur ex primis pricipijs iuris nãl
per modum conclusiõis. nec imediate nec me
diate. ⁊ ideo concedendum est talem confessi
onem non esse de iure nature.
¶ Ad ꝑᵐ i oppᵐ dõ. ꝙ illa glo. loquitur de
cõfessione facienda deo. ¶ Ad 2ᵐ dõ. ꝙ lex
diuina nõ tm̃ ꝯtinet legẽ nãe. sed superaddit.
vt supius habitũ ẽ li°. 3. di. 37. q. i. ⁊ iõ non seq̃ E
tur ꝙ si aliquid sit de lege diuina ꝙ sit de lege
nature. ⊽ Qð ẽt dicebat̃ in ar°. de ꝯfessione q̃
fiebat in lege veteri. sciendũ ꝙ illa erat gnãlis
⁊ indistincta. ad quã tenebant̃ aliquo modo.
s. per determinationem sacrificioꝝ. Nñ illa cõ
fessio pctõꝝ filioꝝ israel quam faciebat sacer
dos erat in gnãli tm̃. ¶ Ad 3ᵐ dõ. ꝙ ⁊si talis
cõfessio nõ sit de iure nature absolute: tñ ẽ de
iure nature ex suppositione diuini precepti ⁊
eccl̃iastici. nãle. n. iudiciũ rõnis dictat debere
fieri illud quod deus ꝓcipit.

Quarto querit̃ vtꝝ oẽs teneant̃ confiteri
peccata sua sacerdoti. Et vr̃ ꝙ ñ
Illi non tenentur confiteri qui non tenentur A
penitere. ſꝫ hñtes sola peccata venialia nõ te
nentur penitere in hac vita. qꝛ vt supius habi
tũ est remitti pñt post hanc vitam. ergo illi q̃
non hñt nisi peccata venialia non tenent̃ con
fiteri. ¶ Itẽ hñtes pctã mortalia non tenen-
tur confiteri de venialibꝰ. Sed carentes pec-
cato mortali non tenentur ad cõfessiõeꝫ alicu
ius quod non tenerẽtur cõfiteri si hr̃ent pctm̃
mortale. al's pcm̃ mortale ꝯditionẽ pctõris fa
ceret meliorem. ergo illi q̃ nõ hñt nisi pctã ve
nialia nõ tenẽt̃ ꝯfiteri. ¶ Itẽ. ex̃. de electiõe. B
Innotuit. non habꝫ imperiũ par i parẽ. ergo
ad preceptum de cõfitendo cum fuerit fcm̃ p
papam: non tenent̃ eius successores. ¶ Item
nemo tenetur ad impossibile. sed multi sunt q̃
non pñt loq̃. ergo multi sunt q̃ non tenentur
ad cõfessioneꝫ. ¶ Item nemo tenet̃ confiteri
duobus. ergo cũ sacerdos non itelligit linguã
pctõris non tenetur pctõr sibi ꝯfiteri per iter-
pretẽ. qꝛ tũc ꝯfiteret̃ duobus. ¶ Itẽ illa ꝺcre
talis. Ois vtriusqꝫ sexus. non obligat ad cõ-
fessionem nisi fideles ãnos discretiõis hñtes
se multi sunt qui añ annos illos peccant. er- C
go infideles ⁊ plures alij peccatores non te-
nentur ad confessionem. ¶ Item nullus de-
bet mentiri in confessione. sed possibile ẽ ꝙ

D aliq̄s veniēs ad sacerdotē: cui nō ē ꝯfessus an
no illo nullū penit⁹ hēat pctm̄.ḡ āno illo sibi
confiteri non tenetur.alias oporteret cū men
tiri in confessione.

¶ Cōtra.vt hitū ē supius: cōfiteri sacerdoti
ē ꝑceptū dei.ſʒ ad ꝑceptū di oēs tenēt.¶ Itē
ꝯfiteri sacerdoti ꝑceptū ē aplice sedis :ſʒ sicut
dr̄ decretoꝝ di.19.Sic oēs aplice sedis sancti-
ones accipiēde sūt tāq̄ ipi⁹ diuina voce Pe-
tri firmate.ergo idem vt prius.

¶ Rn̄deo ꝙ regularit̄ oēs tā fideles q̄ ifide
les tenēt ad faciēdū ꝯfessionē sacerdoti xpi-
E ano inq̄tū istud ꝑceptū ē ꝑceptū dei q̄ pleni-
tudinē ptātis hʒ vlr̄ sup oēs.ꝛ ꝑceptū vlr̄ de-
dit.si aūt nō eēt ꝑceptū nisi ab eccl̄ia: ad eius
obseruationeʒ nō tenēnt illi q̄ sacr̄m baptismi
nūq̄ susceperūt:qꝛ vt supius ostensum ē disti.7ª.
ꝑª.q.ar.2.Uicario xp̄i nō fuit concessa directe
ptās sup illos q̄ sacr̄m baptismi non suscepe-
runt:qꝺ ē ianua q̄ intrat̄ i eccl̄iā militātē. ꝛ qꝛ
diuinū ꝑceptū cū sit rōnabilissimū n̄ obligat ad
aliq̄d irrōnabile.iō ad obseruatiōem h⁹ ꝑce-
pti nō tenēt hoīes qn̄ hn̄t de nō ꝯfitēdo rōna-
bilē cām.ꝛ legitimā excusationē.sicut sunt illi
q̄ nō hn̄t copiā sacerdotis.nō eni dōm.vt qui
dā dicūt:ꝙ tales de necessitate teneant̄ laicis
F ꝯfiteri:cū nō sit ꝑceptū ꝯfiteri nisi sacerdoti.

¶ Ad ꝑmū i oppm̄ dō.ꝙ q̄uis hō non teneat̄
penitere de vēialib⁹:eo ꝙ sil̄ stare pn̄t cū gr̄a:
ꝛ post hāc vitā remitti: q̄pp non sepant nec a
regno eccl̄ie militātis:nec triūphantis. ꝛ iō
ꝑ se nō indigēt de necessitate officio clauium
q̄ aperiat̄ regnuʒ.tn̄ ꝑ accn̄s hō tenet̄ de illis
penitere ꝛ ꝯfiteri sicut declaratū ē superi⁹ .di.
ꝑcedēti in illa qōe. Utꝛ necc̄ia sit pn̄ia de ve-
nialib⁹:vbi dcm̄ est ꝙ ꝑp obseruationem sta-
tuti eccl̄iastici hō tenet̄ venialia ꝯfiteri si nul-
lū hʒ mortale ad ꝯfitēdū. ℣ Aliq̄ dn̄t ꝙ tal̄ n̄
tenet̄ ad dicēdū sacerdoti aliqꝺ pctm̄ i spāli.
G ſʒ tm̄ ad dicēdū ꝙ nō credit se hr̄e nisi venia-
lia tm̄.¶ Ad 2m̄ dō ꝙ q̄uis hn̄s mortale pec
catū nō teneat̄ de necc̄itate venialia cōfiteri:
ex h° nō seq̄t̄ ꝙ ꝑ pctm̄ mortale sua ꝯditio ef-
ficiat̄ melior:qꝛ multo pei⁹ ē hr̄e mortale ꝛ n̄
teneri venialia ꝯfiteri q̄ teneri cōfiteri venia-
lia ꝛ nō hr̄e mortale.¶ Ad 3m̄ dōm ꝙ q̄uis
vn⁹ papa nō hēat iperiū in successorē:tn̄ deus
hʒ imperiū sup eos:q̄ iplicite ꝑcepit cōfessio-
nem eē faciēdā sacerdoti vt visum ē .Et rōne
h⁹ papa tenet̄ ad obseruatiōem h⁹ ꝑcepti de
necessitate :ad obseruādū āt ipm̄ fʒ circūstan
tiationē ordinatā a ꝯcilio gn̄ali tenet̄ de con-
gruitate.25ª.q.ꝑª.Cōfidim⁹.ꝛ infra.e.q.Iusti
cie.vbi dr̄ sic.Iustitie actōis ordo suadet: vt q̄
a successorib⁹ ꝯsiderat mādata sua s̄uari ꝑde-
cessoris sui.ꝑculdubio voluntatē ꝛ statuta cu- H
stodiat.¶ Ad 4m̄ dōm ꝙ ille q̄ nō pōt loqui
dʒ ꝯfiteri signo vl̄ nutu eo mō quo ꝑt.26.q.6ª
Qui recedūt.Illi aūt q̄ loq̄ pōt ꝛ hʒ sacerdo-
tē pn̄tē nō sufficit ꝯfessio ꝑ scripturā facta:qꝛ
q̄uis sit ad māifestādū pctm̄ : tn̄ qꝛ ē ꝑs sacra
mēti requirit̄ determinat⁹ māifestādi mōus.s.
ꝑ actū q̄ ꝑcipue manifestari ꝯsueuit hoīs con-
scia.ꝛ hic ē act⁹ loquēdi.vn̄ magr̄ in lr̄a cap.
4°.dicit :ꝙ dn̄s docuit corpali pn̄tia peccata
ꝯfitēda.nō ꝑ scriptū manifestāda:nec ēt ꝑ nū-
cium s̄m magr̄m ibidē. vt q̄ ꝑ se peccauit per
se erubescat.¶ Ad 5m̄ dō.ꝙ in illo cāu iterꝑs I
ꝛ sacerdos ꝑ vna ꝑsona ꝯputant̄.tn̄ vr̄ aliqui-
bus ꝙ peccator i illo cāu ꝯfiteri nō teneat̄ nisi
inq̄tū posset sacerdoti ondere ꝑ signa.ꝯfiteri
eni ꝑ interꝑtē nullo iure nec positiuo nec di-
uino ē ꝯstitutū.ꝛ cū ꝯfiteri sit multū difficile:
nō vr̄ tutū pl̄s artare ꝯfessionē q̄ȝ artet̄ ꝑ ius
diuinū vel positiuū.vt eni dr̄ ꝑuer.penul.qui
vehemēter emūgit elicit sanguinē.¶ Ad 6m̄
dōm ꝙ decretalis scōm glo . ibidē per annos
discretiōis tp̄s intelligit quo hō ē doli capax.
qꝛ tūc pōt peccare.qꝺ magis accelerat̄ i vno K
q̄ȝ in alio.qꝺ āt in argumēto tāgebatur de in-
fidelib⁹ solutū est.¶ Ad vltimuʒ dōm ꝙ tali
sufficeret dicere se nullū cōmisisse peccatū qꝺ
sciat:postq̄ legitie ꝯfessus ē . Uel pōt dici ꝙ
talis nō teneret̄ ꝯfiteri.qꝛ carere longo tem-
pore omni peccato tā veniali quā mortali nō
ꝑt hoī ꝯuenire nisi ex priuilegio spāli . ꝛ statu
ta non se extendūt nisi ad ea que eueniunt de
lege cōi.19.q.2ª.Due .§. lex. vbi dr̄ ꝙ q̄ lege
ꝑuata ducitur nulla rō exigit vt a lege publi-
ca ꝯstringatur.Et simile habetur extra de re-
gularibus.Licet.

## Questio V.

Quinto queritur vtrū sacerdote absente A
teneatur penitens ei cōfiteri per
scriptum.Et vr̄ ꝙ sic.Qui obligatur ad faciē
dū aliq̄d si nō pōt totū ꝯplere:tn̄ tenet̄ facere
qꝺ potest:sed hoīes obligāt̄ ad ꝯfitendū pec
cata sua sacerdoti.ḡ si aliqn̄ hoc perfecte cō-
plere nō pn̄t tenētur facere de hoc quod pn̄t
ḡ si non hn̄t pn̄tiā sacerdotis:cui peccata sua
possint manifestare per verbuʒ : si possunt scri
bere tenētur ea sibi manifestare per scriptuʒ.

¶ Contra.sicut necessariū est confiteri verbo
vel nutu si assit facultas.ita necessariū est con
fiteri sacerdoti si haberi potest:sed si sacerdos
haberi non possit necessariū non ē ꝯfiteri non
sacerdoti.dicit enim magr̄ hui⁹ dist.ca.3°.nō
dico vt confitearis peccata tua conseruo tuo
ergo a simili nō tenetur ea hō manifestare sa-

B cerdoti scripto q̄uis non possit verbo.

¶ R̄ndeo. q sacerdote absente nō tenet penitēs tētiōe necessitatis ei ꝯfiteri p scriptuꝫ. qꝛ ad hoc nō obligat hō de iure nāe: qꝛ vt supi⁹ hituꝫ ē: ꝯfiteri peccata sua sacerdoti non est ꝑceptuꝫ legis nature: q̄uis āt obliget hō ad hoc si hꝫ sacerdotē pn̄tē ex iure diuino ꝛ positiuo: nō tn̄ inuenio ꝑceptū a iure diuino vl' positiuo vt p scriptū ea teneat manifestare sacerdoti: cū ipm nō pōt hēre pn̄tē. ꝛ hoc ē rōnabile. sacrꝫ. n. pnie nō ē i iudicio publico: sꝫ secreto: in quo iudicio sacerdos tenet penitētē dili-
C gēter examiare pcti ꝛ peccatoris circunstantias inq̄rendo vt prudēter itelligat quale ei d̄beat ꝑbere ꝯsiliū: ꝛ cuiusmōi remediū adhibere diuersis experimētis vtendo ad sanandum egrotū. extra de pe. ꝛ re. Ois vtriusqꝫ sex⁹. Si aūt penitēs teneretur tentiōe necessitatis confiteri: p scriptū sua peccata sacerdoti absenti imineret piculum: ne aut eēt defectus in predicta examinatiōe: aut de peccatorū penitentis reuelatiōe. lr̄e eni facil'r pn̄t perdi. aut p nuncium maliciose apiri: aut p nūciū ignorantiam
D tradi illi cui nō mittūt: q̄ eas apiret. aut sacerdos si ē maliciosus posset pandere ꝯfessionis verbū ꝛ ꝯtra penitentē p manū suā ꝓbare talia ꝓbatione ꝓbabili absqꝫ hoc q in hōis iudicio posset deꝑhendi: ꝛ hec vltima rō ēt cōcludit q sacerdoti pn̄ti penitēs q̄ nec verbo nec nutu posset ꝯfiteri nō teneret tentiōe necessitatis ꝯfiteri p scriptū. Un̄ si hoc faceret nō ē necessitatis sed superogationis.

¶ Ad arm̄ in oppm̄ dōm q frequēt ꝯtingere
E pōt q obligat⁹ ad faciēdū aliqd p vnuꝫ modū: nō tenet illud facere p modū illū obseruare non pōt. Un̄ iudex q̄uis teneat exeq̄ iuste qd̄ iustū est. iuxta illud deutero. 16°. Juste qd̄ iustū ē exeq̄ris: nō tn̄ tenet exequi illud iustū si exeq̄ iusto mō nō pōt. Silr' dico q q̄uis hō teneat ꝯfiteri verbo vl' nutu: nō tn̄ tenet de necessitate confiteri quādo ꝯfiteri nō pōt aliquo predictorum modorum. Qō VI.

A Sexto queritur. vtrū cōfitens alicui sacerdoti oia peccata sua de quibus ē memor si diu post acceptā absolutionē recordetur alicui⁹ mortalis peccati: qd̄ ante suam ꝯfessionē ꝯmiserat: teneat tentiōe necessitatis illud peccatum confiteri illi eidem sacerdoti.

¶ Ad istā q̄ōnem forte dicerēt q̄dā q sic. qꝛ forte eis videret q sicut peccatū ē diuidē confessionē scienꝯ: ita aliq mō pctm̄ ē ꝯfessionē diuisaꝫ ignorāter nolle reunire post ignorantie remotiōem. ¶ Preterea ea que ꝑtinēt ad eūdem forū videt debere ꝑtractari p eundē iudicē: sub quo ē iudiciū inchoatū: nisi sit legiti- B
ma cā excipiēdi ꝯtra iudicē illum. ꝛ cōmode possit hēri: sꝫ ꝯfiteri pctm̄ oblitū ꝑtinet ad eūdem forū in quo confessa sunt alia peccata: qd̄ pꝫ p hoc q si aliqs impetrauerit puilegium q semel possit facere vni sacerdoti quē elegerit suā cōfessionē gnālēꝫ: si post suā ꝯfessionē factam recolat de aliquo quod tunc tradiderat obliuioni: pōt de illo eidem sacerdoti cōfiteri ꝛ ab eodeꝫ absolui. Unde posset eis videri q pctm̄ tpe ꝯfessionis oblitū ꝛ postea cognitum ē ad eundē sacerdotē referēdū. ¶ Mihi autē distinguendū vr' q aut tpe ꝯfessionis penitēs C
adhibuit debitā diligentiā ꝓut de lege communi humana pmittit fragilitas vt memoriā hēat oiuꝫ pctōꝝ suorū mortaliū: aut fuit ignorans ignorātia affectata vel crassā. si scd̄o mō credo q recta rō exigit vt illud idem pctm̄ cōfiteatur eidē sacerdoti: si illuꝫ cōmode pōt inuenire: ꝛ nō sit ab illo sacerdote interdicta postea absoluendi ꝑtās: aut predcm̄ peccatum: ꝛ oia alia pctā mortalia ꝑori sacerdoti confessa ꝓut pōt recolere ꝯfiteatur alteri sacerdoti. si pmo mō nō credo q ꝑori sacerdoti teneat tentione necessitatis illud pctm̄ confiteri. tenetur D
tn̄ illud pctm̄ ꝯfiteri alij sacerdoti. q̄uis enim de isto fuerit absolut⁹ quātum ad iudiciuꝫ ecclesie triumphātis ꝛ militātis. qꝛ sacerdos absoluere potest de ꝯfessis ꝛ de predcō mō oblitis: tamen quia absolutio de oblitis debet itelligi sub hac cōditione. vt scilicet quādo reducta fuerint ad memoriam dicantur illi sacerdoti in confessione: qui ab illis potest absoluere: tenetur illud confiteri post eius remotā obliuionem. Questio VII.

Septimo queritur vtrū possit dispensari cum aliquo vt non teneat con- E
fiteri. Et videtur q sic. dispensatio ē quedaꝫ iuris interpretatio in leuiorem partem. Sed papa interpretari pōt verba euangelij. 2⁹. q. 4ᵃ. Presul. ergo non obstāte q ꝯfiteri sacerdoti sit preceptum euangelicū: papa pōt in illo dispensare. ¶ Itē tantam potestateꝫ habet quicunqꝫ papa quantā habuit beatus Petr⁹. sed beato petro dictum est: quodcūqꝫ solueris super terram. ꝛc. Math. 16. ergo qui absolut⁹ est a precepto confessiōis per papam a deo absolutus est. ¶ Item lex nō obligat ante sui promulgatiōem. sed lex de confitēdo sacerdoti ꝓmulgata fuit per aplos vt superius dictum ē. cū ergo papa possit dispensare cōtra canones apostolorū. 82. di. Presbyter. videtur q papa

possit dispensare in precepto de confitendo sa
cerdoti. ¶ Ité sicut precepta noui testamenti
B sunt a deo. ita precepta veteris. sed pceptum é
in veteri testaméto decimas soluere: in quo tñ
precepto papa dispensare pót. extra de deci-
mis. Ex parte tua. i. et cap. sequéti. ergo simil'r
non obstante q preceptú de confitendo sacer
doti sit pceptú noui testaméti papa in illo di
spensare pót. ¶ Item. 13ª. di. in principio: ius
nature pót dispensari causa maioris mali
vitandi: sed oé ius nature ius diuinum é: quá-
uis non oé qd est de iure diuino sit de iure na
ture. ergo in omni pcepto diuino papa potest
dispensare cá maioris mali vitandi.

C ¶ Contra. papa ptra euangelium dispensare
non pót. 15ª. q. prima. Sunt quidá. Sed confi
teri sacerdoti est preceptú euangelicú vt supe
rius ostensum é. ergo papa in illo precepto di
spensare non pót. ¶ Item aut homo pót ob-
seruare illud preceptú aut non. si non. dispen-
sari non indiget: si sic rationabile est q seruet:
s3 ptra rationem non est fidelis dispensatio
sed crudelis dissipatio scdm Berñ. lib. 3°. de
consideratióe: cap. 14°. ergo papa in precepto
de pfitendo sacerdoti dispensare nó pót: quia
vt ibi dr: papa positus é dispensator in edifi-
catióem non in destructionem.

D ¶ Respondeo. confiteri sacerdoti é d iure di
uino vt superius oñsum est. Sed obseruatio-
nis eius circunstantiatio est de iure pure posi
tiuo. Cum ergo papa sit subditus iuri diuino
et sit supra oé ius pure positiuú dispensare non
pót cum aliquo quin teneat cófiteri sacerdoti
Sed q nó teneatur cófiteri eo modo quo de
terminatú est a concilio generali: in hoc papa
dispensare potest: quia illa circúñstantiatio est
de iure pure positiuo.

¶ Ad pmú in oppositú dd q dispésatio nó é
iuris interpretatio: sed aliqua eius relaxatio:
seu rigoris eius temperatio ex aliqua rónabi
E li cá. ¶ Ad 2m dóm q per illud verbú nó fuit
permissa Petro ptás cótra ius diuinú vl' na-
ture. Sed sup oé ius pure positiuum. Et ego
pcedo q papa pót nouum ius pstituere: et ius
pure positiuú mutare renouare et reuocare si-
cut sibi placet. q̄uis ho nó deceat ip3 facé sine
rónabili cá: qr sicut dicit Ber. lib. 3°. de cósi.
cap. xi°. Indecés é pape volútate p lege vti.
¶ Ad 3m dóm q q̄uis lex non obliget añ sui
pmulgatióné. tñ robur suú pncipalit' h3 ab i-
stituente: q̄uis át ptra statuta aplo℞ possit pa
pa dispésare: nó tñ ptra statutú diuinú. ¶ Ad
4m dóm q dare decimas aliquo mó é de iure
nāe. in q̃tú. s. p decimá intelligit' aliqua portio F
necessaria ad sustentatióem ministrorum dei.
in q̃tú ét accipitur determinate p pte decima
fuit de iure diuino q̃tum ad ppl'm israel. S3
q̃tum ad alios habétes possessiones tempo-
rales est de iure positiuo: exceptis his cú qb9
dispésatú est tacite vel expsse. pmo mó accipi
endo decimas papa dispensare nó pót: qñ ho
mines teneátur dare decimá. qr nó pót dispen G
sare p ius nāe. scdo át mó dispensare pót quia
ét decime sunt bona ecclesie: quo℞ papa é pn-
cipalis dispensator: pót illis d q̄bus rō exigit.
vt. s. religiosis et paupib9 dare decimá quá ali-
as tenerent' soluere. ¶ Ad 5m dd q in hoc nó
é assentiendú Gratiano. Uñ et in hoc glo. ip3
rephendit ibidé. ¶ Ad 2m ad pté scdá3 q̄uis
pcedi possit gfa cóclusionis: tñ nó cogit quia
q̄uis aliquis possit obseruare preceptú: tanta
tamen posset eé difficultas et piculú in obser-
uando ratione aliquo℞ accidentium: que pñt
superuenire: q ibi esset conueniens ratio di-
spensandi. Qō VIII.

Octauo queritur vtrum confessionez fa- A
ctam proprio sacerdoti respectu
eorundem peccatorum in numero necessariú
sit iterare. Et videtur q sic. de penitentia di-
stinctione sexta. caplo pmo. et magister distin-
ctione presenti: caplo qnto. Qui vult confite
ri peccata vt inueniat gratiam querat sacer-
dotem scientem ligare et soluere. Sed quan-
doq proprius sacerdos nescit ligare et solue-
re. ergo peccata talia sacerdoti confessa opor
tet iterum alij sacerdoti cófiteri. ¶ Ite3 quá
doq3 accidit q confessione facta proprius sa-
cerdos videt aliquod peccatum de quo non
potest penitentem soluere. sed ipsum ad supe
riorem remittit. ergo in hoc casu idé peccatú B
in numero iterum confiteri tenetur. ¶ Item
medicus non tantum debet scire infirmita-
tem. sed ea que infirmitatem aggrauát. Sed
peccata preterita quáuis remissa aggrauant
sequentia. ergo ille qui recidiuat in peccatu3
mortale tenetur iterum confiteri peccata pre-
terita. ¶ Item contingere potest q penitens
tradat obliuioni penitentiam sibi iniunctam
ante eius expletionem. cum ergo teneatur sa-
tisfacere d peccato ad arbitrium sacerdotis.
et sacerdos sibi taxare penitentiam iuste non
potest. nisi sciat culpam. videtur q in hoc ca-
su teneatur homo eadem peccata in numero
ite℞ pfiteri. ¶ Ité p opa facta in mortali pctó
non sit satisfactio. sed confessio est ps satisfacti
onis de pe. di. pria. Si eni. §. hoc idé. et magr

pñti di.c.4.ergo ꝯfessio fcã in mortali pctõ ẽ
C ꝺ eisdẽ pctis i nũero iterũ facienda. ¶ Itẽ con
fessio diminuta nõ ĩpetrat grãm: qñ. s. pecca
tor celat vni quod dicit aliĳ.de penitentia dis.
.5°.cap.prio.ergo videtur ꝙ pctã sic confessa
iterum sint de necessitate confitenda.
¶ Cõtra.magr i pñti di.c.6°.ꝛ hr de pnia di.
pria.mensurã.§.nõ ita. Nõ ẽ nec̃e vt q̃ semel
sacerdoti confessi fuerim⁹ denuo ꝯfiteamur.
¶ Itẽ nõ ẽ necessariũ iterare medicinã si non
iteraꝛ morbus. Sꝫ idẽ pctm̃ in numero itera
ri nõ põt.g̃ de eisdẽ pctis in nũero nõ ẽ neces
sarium iterare confessionem.
D ¶ Rñdeo.ꝙ vere penitẽs ꝛ cõfessus ꝛ rite a
ꝓprio sacerdote absolut⁹ vel ab eo q̃ põt: qui
cunqꝫ sit ille: ꝛ pniam sibi iniũctã i memoriaꝫ
retinẽs nõ teneꝛ de necessitate eadẽ pctã i nu
mero iterũ ꝯfiteri.tñ sicut dicit magr in litte
ra in hac di.c.4.ꝛ ẽ de pnia di.1ª. Mẽsuram
.§.quẽ penitet: q̃to plurib⁹ q̃s ꝯfitetur in spe
venie turpitudinẽ criminis: tãto facili⁹ cõseqneꝛ
grãm remissiõis.nõ.n.rõnabile ẽ: vt ꝓ eadem
cã necũꝫ sit hoiem bis iudicari i eodeꝫ foro.
¶ Ad pm̃ in opp̃m dõꝫ ꝙ sacerdos qui nescit
ligare nec soluere eo ꝙ forte ẽ idiota: vel tota
E liter ignorãs nõ rite absoluit.ꝛ ille qui scit ta
lẽ eẽ illũ sacerdotẽ: ꝛ aliũ q̃rere negligit vere
penitẽs nõ ẽ. Vñ post v̾ba allegata subiũgit
magr in lra ꝛ ẽt decretũ sic. Ne cũ negligẽs
circa se extiterit negligaꝛ ab illo q̃ eũ miseri
corditer monet ꝛ petit ne ambo in foueaꝫ ca
dant: quã stultus euitare noluit. Vñ ꝯcedo ꝙ
tali sacerdoti sciẽter ꝯfessus discreto sacerdo
ti eadẽ pctã in nũero ꝯfiteri teneꝛ. ¶ Ad 2m̃
dõꝫ ꝙ in isto casu penitẽs ideꝫ pctm̃ i numero
ꝯfiteri teneꝛ supiori: a q̃ põt absolui. Alia aũt
a q̃bus põt absolui a ꝓpo sacerdote: superiori
iterare nõ teneꝛ de necessitate.si oia itegre di
cit ꝓpo sacerdoti in isto cãu absolutio proprĳ
F sacerdotis ꝛ supioris vnã ꝯplent sufficientem
absolutionẽ.ꝓcedere dꝫ tñ absolutio supioris.
¶ Ad 3m̃ dõm ꝙ sicut nõ oꝫ medicũ corpalẽ
scire oia q̃ aggrauãt infirmitatẽ nisi illa q̃ ita
notabilr̃ aggrauãt: ꝙ possent obsistẽ curatio
ni.ꝛ sic nõ ẽ necessariũ ad salutẽ oia intimare
sacerdoti in ꝯfessione q̃ pctm̃ aggrauãt. ſꝫ so
lũ illa q̃ aggrauãt notabilr̃: q̃ possent curatiõi
obsistere. Sic aũt aggrauãt pctã p̃terita ꝑus
ꝯfessa ꝛ remissa.in cãu tamen i q̃ notabilis et
piculosa grauitas pcti exp̃mi nõ posset nisi di
cẽdo aliq̃d ꝑus ꝯfessũ ꝛ remissũ illud pctm̃ te
neret penitẽs iterũ dicere sacerdoti. ¶ 4m̃ ar
gumẽtũ bñ ꝯcludit. ¶ Ad 5m̃ dõ ꝙ q̃uis cõ
fessio fcã i pctõ mortali sciẽter ñ valeat ad re

medĩũ nisi dispositie.tñ ad hoc valet ꝙ talr̃ nõ G
ẽ p̃cepti transgressor.eẽntiam.n.actuum pre
ceptorũ nõ semp tenemur explere ex charita
te ad vitãdũ demeritum: q̃uis sine charitate
act⁹ nõ mereaꝛ p̃miũ. Vñ talis nõ teneꝛ de ne
cessitate eadẽ pctã in numero iterũ cõfiteri sa
cerdoti. Aliq̃ ãt dicunt ꝯtriũ dicẽtes ẽt ꝙ talis
mortalr̃ peccat.qꝛ q̃tũ in se ẽ facit irreueren
tiã sacro: qd̃ nõ vr̃ eẽ sine sacri cõtẽptu. ¶ Sꝫ
ꝯ ex̃.de pe.ꝛ re.Ex q̃dã.dr̃ ꝺ illis q̃ veniũt ad
ꝯfessionẽ ꝛ nõ penitẽt.ꝙ eorũ ꝯfessio ẽ admit H
tenda: ꝛ crebriꝰ ꝛ salubrib⁹ mõitis ẽ penitẽtia
indicẽda.absoluẽdi tñ nõ sunt. Vñ si absolu
tionẽ nõ recipiãt nõ ꝯtẽnũ sacrm̃.nec a ꝯfessõ
re nec a confesso. Si ãt ꝯfitẽs in mortali pctõ
attrit⁹ ẽ de pctõ suo: ita vt probabiliter possit
p̃sumere se eẽ dispositũ nõ peccat absolutiõeꝫ
recipiẽdo.imo freq̃nꝛ in virtute clauiũ ꝑ su
sceptionẽ absolutiõis formatur sua attritio.
¶ Ad 6m̃ dõm ꝙ ille q̃ sciẽter diuidit confes
sionẽ nõ est vere penitẽs.nec vere cõfitetur.ꝛ
ideo talis illa eadẽ peccata mortalia in nume
ro teneꝛ vni sacerdoti iterũ ꝯfiteri. Qõ ix.

Nono q̃ritur vtrũ sacerdos ꝓprius possit
de iure punire illum qui non confi A
tetur semel in anno.

¶ Ad istã qõnẽ nihil aliꝺ rñdeo nisi illud qd̃
dr̃ extra de peni.ꝛ re. Ois vtriusqꝫ sexus. vbi
dr̃. Ois vtriusqꝫ sexus fidelis postq̃ ad ãnos
discretiõis puenerit oia sua solus peccata sal
teꝫ semel i anno fideliter ꝯfiteaꝛ ꝓprio sacer
doti.ꝛ iniũctã sibi pniaꝫ ꝓ virib⁹ studeat ad
implere: suscipiẽs reuerẽter ad min⁹ i pascha
eucharistie sacrm̃.nisi forte de ꝓprĳ sacerdo
tis ꝯsilio ob aliquã rõnabilem cãm ad tẽpus
ab ei⁹ perceptiõe duxerit abstinẽdũ.alioquin
viuẽs ab igressu ecclie arceaꝛ: ꝛ moriẽs ecclia
stica careat sepultura. Articls III.



Onsequenter q̃ritur de 3° princi
pali. Et circa hoc queruntꝛ no
uẽ. ¶ Prio vtrũ penitẽs teneã
tur confiteri ꝓprio sacerdoti.
¶ 2° vtrũ illi q̃ ꝯfitentur alicui
hñti ptãtẽ epi teneanꝛ illo eo
dẽ ãno ꝯfiteri suo p̃sbytero parochiali. ¶ 3°.
q̃riꝛ.vtrũ ꝯfessi nõ sacerdoti quẽ parochialis
sacerdos posuit loco eius credẽs eũ sacerdo
tẽ eẽ: teneãꝛ illa eadẽ pctã iterũ ꝯfiteri: postq̃
ꝯstiterit illũ cui ꝯfessi fuerũt sacerdotẽ nõ eẽ.
¶ 4° vtrũ hõ teneaꝛ ꝯfiteri oia pctã mortalia
tam secreta q̃ publica. ¶ 5° vtrum teneaꝛ cõ
fiteri oẽs peccati circunstãtias. ¶ 6° vtrũ pec
cator statim teneatur ꝯfiteri hita oportũitate.

sacerdotis. ¶ 7° querit vtrum mulier teneat cōfiteri suo presbytero parochiali pctm̄ qđ cum eo cōmisit. ¶ 8° vtrum ɔfessio sacr̄alis possit fieri pluribꝰ sacerdotibꝰ simul. ¶ 9° vtrum ille. 16. cōditiones q̄ a magr̄is assignāt reqrantur ad cōfessionē que his versibus cōtēte sunt. Sit simplex hūilis cōfessio pura fidelis. Atq; freq̄ns nuda. discreta. libens. verecūda. Integra secreta. lachrimabilis accelerata. Fortis ꝛ accusans ꝛ sit parere parata. Q̄o i.

A Primo queritur vtrum penitēs teneatur cōfiteri ꝓprio sacerdoti. Et vr̄ q̄ nō magr̄ di. pn̄ti. cap. q̄nto. Qui oīo ɔfitet sacerdoti meliori q̄ pōt cōfiteat. ergo qn̄ penitens pōt inuenire meliorē sacerdotē q̄ sit suus ꝓprius nō tenetur suo ꝓprio sacerdoti cōfiteri. ¶ Itē. Ber. de precepto ꝛ dispōne. c. 4. Iniquum ꝓculdubio foret si statuta ꝓ sola charitate ɔ charitatē tenerēt. sed si penitēs nō posset ɔfiteri cuicūq; sacerdoti cui ɔfitendo vtiliꝰ ꝓuideret aīe sue: ꝓceptū de ɔfitendo ꝓprio sacerdoti: qđ pro charitate institutū est: teneret

B ɔ charitatē: qđ irrōnabile eēt. ¶ Itē sacerdos ꝓpriꝰ ē aliqn̄ indiscretꝰ nimis. aliqn̄ sollicitās ad malū cōfitentē. g̃ saltem in isto casu nō tenetur penitēs ɔfiteri ꝓprio sacerdoti. ¶ Item rōne delicti dꝫ hō iudicari ab illo in cuius iurisditione deliquit: extra de foro cōpe. Postulasti. ꝛ 3. q. 6. c. vlt. Ubi vr̄. Ibi cā agat: vbi crimen cōmittit. ergo de pctō qđ q̄s cōmittit in aliena parochia nō tenet ɔfiteri ꝓprio sacerdoti. ¶ Itē epi abbates exēpti nō hn̄t ꝓprios sacerdotes. ergo tales nō tenent ɔfiteri ꝓpo sacerdoti. ¶ Itē q̄libet sacerdos ptātem cla-

C uium immediate hꝫ a xpo: cū xp̄us dixit discipulis illud ṽbum Jo. 20. Accipite sp̄m̄ sctm̄ ꝛc. nō tm̄ dixit apl̄is: sꝫ ēt alijs discipl̄is. ergo q̄libet sacerdos quēlibet ligare ꝛ soluere in foro pnie pōt. ¶ Itē i casu extreme necessitatis q̄libet sacerdos pōt hoīem absoluere. 26. q. 6. Si p̄sbyter. ꝛ. c. seq. ꝛ ex̄ de furtis. Fures. ergo hō nō semp tenet cōfiteri ꝓprio sacerdoti.

¶ Contra. ex̄ de pe. ꝛ re. Q̄is vtriusq; sexus. ꝓcipit ɔfessio ꝓprio sacerdoti facienda. ¶ Itē

D cōfessio facta corā nō suo iudice nō valet i foro ꝯtētioso. extra de iudicijs. At si clerici. ergo a sili ɔfessio fctā illi q̄ sup ɔfitentē nullā habet iurisditionem non valet in foro pnie. ¶ Item de pnia di. 5. Sacerdos. §. q̄ aūt. nēo alterius parochianū iudicare presumat.

¶ R̄ndeo q̄ sacerdos ꝓpriꝰ quadruplr̄ pōt accipi. Uno mō ꝓpriꝰ ē sacerdos alicuꝰ hn̄s sup ipm̄ iurisditionē ordinariā in foro penitētie: mō tn̄ inferiori. ꝛ sic ē ꝓpriꝰ sacerdos ille q̄ cōiter vocat p̄sbyter parochialis. ¶ Alio mō

E hn̄s iurisditionē ordinariā mō p̄ncipali. ꝛ sic eps ē ꝓprius sacerdos oīum exn̄tiū in suo episcopatu. vl̄ mō p̄ncipalissimo: ꝛ sic papa est sacerdos oīum xp̄ianoꝝ. ¶ 3° mō hn̄s iurisditionē delegatā ab aliquo istoꝝ. vel a legato dn̄i pape. ¶ 4° mō hn̄s iurisditionē ex cōmuni cōcessione vel pmissione iuris. ꝛ sic sunt ꝓprij sacerdotes illi quos epi ꝛ abbates exēpti eligūt in ɔfessores. talibꝰ eni pmittit ex iure cōi eligere sibi discretū ꝛ ꝓuidū cōfessorē. extra de pe. ꝛ re. capl̄o ne ꝓ dilatiōe. sic enim ēt est ꝓpriꝰ sacerdos p̄sbyter q̄cunq; illius quē audit constituti in articl̄o necessitatis. si ꝓpriū sacerdo-

F tem aliquo triū predictoꝝ modoꝝ non potest hr̄e. vt pꝫ p auctoritates ad hec allegatas in arguēdo. hoc ēt 4° mō ē ꝓpriꝰ sacerdos vagabundoꝝ q̄cunq; p̄sbyter parochialis i cuiꝰ parochia voluerint ɔfiteri. q: tales nusq̄ hn̄t domiciliū ꝓpriū. ff. ad municipales. l. Labeo. Silr̄ dico de illis q̄ domicilio relicto nauigāt vel iter faciūt querētes quo se cōferant. ff. ad municipales. l. Eius. §. Si quis domicilio. sic ēt ē ꝓpriꝰ sacerdos pegrinoꝝ ad sancta loca q̄cunq; parochialis p̄sbyter cui voluerint confiteri de cōmissis postq̄ recesserunt a iurisditione illiꝰ in cuius ptāte hēnt domiciliū. acci-

G piēdo āt ꝓpriū sacerdotē ꝓ sacerdote hēnte iurisdictionē aliquo predcōꝝ mōꝝ non est facienda cōfessio ꝓpō sacerdoti ad hoc vt hō nō trāsgrediat ꝓceptū. ꝛ ɔsequat ɔfessionis effectū. q: sicut i nālibꝰ ad aliquē effectū reqrit potentia actiua in agente. ꝛ mā debita in suscipiēte: sic ad effectū ligādi ꝛ soluēdi in foro ɔscie reqritur ptās clauiū que datur sacerdoti in sua ordinatiōe: ꝛ mā debita. i. subditꝰ qui hētur ex iurisditione aliquo pdcōꝝ modorū. Sed accipiēdo ꝓpriū sacerdotē primo modo vel scđo q̄uis sit eis cōfessio reglr̄ facienda. in multis tn̄ casibꝰ nō oꝫ vt ōnsum est.

H ¶ Ad p̄mū i oppm̄ dōꝫ ē. q̄ illa auctoritas intelligi dꝫ in casu in quo licitū ē alicui confessorē eligere. ¶ Ad 2m̄ dōm q̄ iura magis respiciunt vtilitatē cōitatis q̄ vniꝰ persone. Et ideo q̄uis in casu eēt meliꝰ alicui cōfessorē posse eligere pro sua voluntate: q̄ teneri suo ordinario ɔfiteri. tn̄ nō eēt vtile pro cōmunitate q̄ cuilibet licitū esset cōfessorem eligere. In casu autē in quo expedit alicui ordiarius debet dispensare si reqratur. quod si noluerit: magis facit subditus vtilitatem aīe sue ꝓpter bonum obedientie confitendo ꝓprio sacerdoti minus bono: duꝫ tamē sit sufficiens q̄ cōfitendo alij meliori. ¶ Ad tertiū dōm q̄ in illo.

casu dꝫ petere lniam penités a ꝓprio sacerdo
te vel ab epo vl' papa vel a legato pape: vt pos
sit alteri ꝯfiteri. et in tali casu talis lnia sibi de
negari nō dꝫ: qꝛ sacerdoti ꝓprio nō tenetur in
A hoc casu ꝯfiteri. de pe. dist. 6. Placuit. ¶ Ad
4m dō ꝙ ille auctoritates nō sūt intelligēde i
foro pn i: sed cōtentioso. ¶ Ad 5m patet quid
dōm ex dictis in qōne. ¶ Ad 6m dōꝫ ꝙ q̄uis
ptātē clauiū oēs discipli receperint imediate
a xpo: tn̄ ptātē iurisditiōis receperūt iferiores
mediantibꝰ aplis: ꝛ alij apli mediāte Petro.
vt āt visuꝫ ē in qōne: nō tm̄ reqrit in cōfessore
ptās clauiū: sꝫ ēt ꝙ hēat in foro pnie iurisditi
onē ordinariā vel delegatā ex cōmissiōe spāli
vel ex gnāli pmissione iuris sup illū q̄ sibi con
fitet. ¶ Ad 7m solutū ē ex dcis in questione.
¶ Ad ara ad ptē aliā dō. ꝙ ꝓcedūt de sacer
dote respcū illiꝰ sup quem nō hꝫ iurisditionē
aliquo pdcōꝝ modoꝝ. Questio I.

Secundo querit vtꝝ illi qui cōfitent ali
cui habēti ptātem epi teneant
A illo eodē anno ꝯfiteri suo pſbyrero parochia
li. Et vr ꝙ sic. xia. q. 1a. Peruēit. si sua vnicuiqꝫ
epo iurisditio ꝛ ptās nō seruat ecclīasticus or
do ꝯfundit. g̊ silr si nō seruat parochiali pſby
tero: quātūcūqꝫ g̊ aliqs sit cōfessus vel epo vel
alicui de lnia eius tenet ꝯfiteri scl' in anno suo
parochiali pſbytero. ¶ Itē fm Ber. 3o lib. de
cōsi. ca. 13. Ecclīastica Hierar. est ad exemplar
angelice hierar. sed in angelica Hierar. illud
qđ cōuenit angelis alicuiꝰ ordinis ex officio
nunq̄ cōmittit angelo alteriꝰ ordinis. g̊ simi
B liter nō ē hoc licitū fieri in ecclīastica Hierar.
¶ Item sacerdos nō dꝫ illi dare eucharistiaꝫ
cuiꝰ cōscientiā ignorat. cum ergo cuicūqꝫ sub
dito debeat eucharistiam ministrare semel in
āno qlibet tenet sibi semel in āno confiteri q̄
tūcunqꝫ sit cōfessus epo vel eius penitētiario.
¶ Item ꝯtra rōnem est subtrahere alicui co
gnitionem rei: de qua tenet reddere rōneꝫ: sꝫ
sacerdos de suis subditis deo tenetur redder
rōnē. ergo nō licꝫ epo facere aliqd q̄ minꝰ pa
rochialis possit cognoscere consciam subditi
C sui. ¶ Itē quilibet tenet confiteri semel i āno
ꝓpo sacerdoti. extra de pen. ꝛ re. Ois. sꝫ epus
nō ē ꝓprius sacerdos imo cōis. ergo penitēs
ꝯfitendo epo vel alicui de lnia eius non fuat
statutum nisi cōfiteat cum hoc semel in anno
pſbytero parochiali.
¶ Contra. maiorem ptātem hꝫ eps super sub
ditos parochialiū sacerdotū q̄ꝫ ipsi presbyte
ri. qꝛ eā recipiūt ab epis. ꝛ vt hr prima ꝓpōne
de cāis causa prima plus pōt super effectum
q̄ scđa cā. cum ergo illi qui cōfitētur alicui d
licētia sui pſbyteri parochialis nō teneantur
anno illo sibi confiteri: multo minus illi qui
confitētur alicui de licentia episcopi. D
¶ Respondeo. epus habet ordinariam iuris
ditionem super subditos sacerdotum paro
chialium: illud aūt qđ conuenit alicui ex or
dinaria iurisditione ipse pōt cōmittere alij ha
benti ordinē cōuenientem ad illud officiū exe
quendū. extra de conse. ecclīe. Aqua. illi ergo
qui confitentur legitime hēnti ptātem episco
pi. ꝛ absoluuntur ab eodem: vere sunt absolu
ti: nec eadem peccata in numero tenētur suis
presbyteris parochialibus ꝯfiteri. sed vtꝝ eo
dem anno teneātur suis presbyteris confiteri
peccata que post absolutiōem incurrunt. opi
niones sunt. Et aliqui dicunt ꝙ non. qꝛ p pre
sbyterum parochialē nō tm̄ intelligit curatꝰ
inferior sꝫ etiam eps. Unde episcopatꝰ q̄nqꝫ
dicitur parochia. ꝛ eps presbyter parochialis:
qđ ꝓbari posse videtur per illud qđ dicit ex
tra de parochijs ꝛ alienis parochianis. Nul
E lus. ꝛ. 9a. q. 2a nullus. ꝛ. c. nullus pmas. ꝛ cap.
vlti. ¶ Alij dicūt per pſbyteꝝ parochialē non
intelligi nisi inferiorē curatū: qꝛ v̄ba debēt ac
cipi fm ꝙ sonant in vsu cōi. ¶ Preterea pa
pa in puilegio ꝯcesso minoribꝰ ꝛ pdicatoribꝰ
sup cōfessionibus audiendis: ꝛ heremitāis ex
priuilegio spāli nouiter emanato declarādo
videtur dicere ꝙ in illo statuto. Ois vtriusqꝫ
sexus. intelligit parochialis pſbyter ille qui i
cōi vsu sic. vocat in hoc ꝙ dicit confessi fratri
bus teneātur semel in anno suis pſbyteris pa
rochialibꝰ cōfiteri ꝓut statuit cōciliū genera
le. cum eni dicēdo: pſbyteris excludat nō pre
sbyteros: ꝛ per hoc ꝙ dicit suis excludat non
habentes iurisditione sup eos: vr ꝙ per hoc
ꝙ dicit parochialibus excludat epos: alias F
illud verbū parochialibus ibi poneret ꝓ nul
lo. vbicunqꝫ enim papa dicit aliquid p modū
declarationis iuris si bulatuꝫ est ad oēs se ex
tendit: ēt si nō sit insertum inter alias decreta
les. Cum ergo epus nō sit sup statutū: confes
si sibi vel alicui auctoritate eius tenētur eodē
anno suo curato inferiori semel confiteri: non
sic aūt dicēdū ē de cōfitentibꝰ pape. vel hn̄tibꝰ
eius auctēm absolute: quia papa est super cō
ciliū gn̄ale. prima tn̄ opinio rōnabilior videt.
¶ Ad pmū in oppositū dōm q: cuꝫ eps cōce
dit alicui ptātē audiendi confessiones non au
fertur inferiori curato iurisdictio sua. sed fua
tur: quia datur ei coadiutor ad executionem G
officij qđ sibi incumbit ex sua iurisditione: que
pncipalꝰ ē epi q̄ illius. sicut i āgelica hierar.
dona ordinū inferioꝝ excellētiora sunt inferi

oribus. ❡ Ad secūdū dicēdū q̄ nō est simile quia quilibet angelus sufficit plene ad exeqn dum actus puenićtes officio suo. non sic aūt ve pōt dici de q̄libet inferiori curato. ❡ Pre terea ista officia in ecclesia militante fuerunt distincta: ecclesia pregnāte religionibus vtili bus ad hi⁹ officia exequenda. Unde postq̄ pdierunt in lucē: cōueniēs fuit vt istorū offi cior aliquo mō. s. ex cōmissiōe eēnt pticipes: sicut posthum⁹ partē accipit bonorū: que an
D te suam natiuitatē alijs filijs erant diuisa. ff. d libe. ꝛ posthumis. l. qd dicit. ꝛ cap. de posthu mis. l. prima. ꝛ. l. qd causatum. ꝛ insti. de exhe reda. libe. §. posthu. ❡ Ad 3ᵐ dō. q̄ cognitio quā pōt habere sacerdos in foro pnie de con scientia subditi sui dependet a subditi volun tate. ꝛ ideo debet eum reputare idoneum ad suscipiēdum eucharistiā si affirmat se penitē tē eē: ꝛ legitime confessuz ei qui ipsuz potuit absoluere. si tū sacerdos haberet aliqua signa pbabilia q̄ ille non diceret verum: nō tenere
E tur sibi eucharistiaz ministrare: nisi ille sibi fa ceret sufficiētez fidem: non dico de hoc q̄ est vere penitēs: nec de hoc q̄ ē vere confessus. q2 ista nō cadunt sub pbatione: sed de hoc q̄ ē confessus illi qui ipm poterat absoluere nisi impedimētum fuerit ex parte sui ipsius confi tentis. ❡ Ad 4ᵐ dicēdum q̄ sacerdos nō te netur reddere rōnem de his que subdit⁹ suus nō reuelauit sibi nisi hoc ex culpa sua pcesse rit. ❡ Ad vltimū p3. quid dicendum sit ex di ctis in hac qōne ꝛ precedenti. Qō iii.

A **Tertio** queritur vtrū confessi non sacerdo ti quē parochialis sacerdos posu it loco eius credes eū eē sacerdotē: teneant il la eade pctā iterū ɔfiteri. postq̄ cōstiterit eis illum cui confessi fuerunt non esse sacerdotē.
❡ Respondeo q̄ tales tenentur illa eadem peccata si illor sunt memores iterū confiteri sacerdoti. q2 fm rei veritatē de illis non sunt
B rite cōfessi. nec sacrm pnie susceperūt. neq3 tū iudicandi sunt peccasse tanq̄ transgressores statuti de confitēdo. q2 eos ignorantia inuin cibilis seu pbabilis excusauit. ꝛ dico q̄ illa cō fessio eis fuit meritoria. non tamen eis tam vtilis ceteris paribus: ac si cōfessi sacerdoti fu issent. quia non sacerdos non potest conferre penitenti illud beneficiū q̄ sacerdos ex vi cla uium amministrat. Questio iiii.

A **Quarto** queritur vtr homo teneatur cō fiteri oia peccata mortalia tam secreta q̄ publica. Et vi q̄ non. Magr supra di. 16. c. p2io. Contritio ē ɔtra pctū cordis. g̃ de peccatis cordis non tenētur hoies confi teri: s3 tantū conteri. ❡ Itē confessio ē p quā morbus latēs in spe venie apitur. ergo nō te nemur ɔfiteri de patētibus pctis. ❡ Item ex tra de accusationibus. Euidētia. euidētia per
B petrati sceleris nō idiget clamore accusatoris. ergo de sceleribus que euidēter pperpetrata sūt non tenemur confiteri.
❡ Cōtra. de quolibet pctō mortali tenemur integre penitere. s3 integra pnia nō tm̄ comp hēdit ɔtritionē. s3 ēt confessionez ꝛ exteriorē satisfactionē si sit possibile. g̃ de quolibet mor tali peccato tenemur confiteri.
❡ Respondeo q̄ homo tenet ɔfiteri oia pec cata mortalia tā secreta q̄ publica. q2 ꝛ si se
C creta mori debeāt interius p ɔtritionē: deferri tū debēt ad sepeliēdum exterius p confessio nē. Et q2 nō sufficit aliquid eē notuz iudici: ni si sit ei notum i forma iudicij. q2 vt dr. 3ª. q. 7ª. Iudicem. Iudex d3 iudicare fm allegata. er go peccata publica q̄uis sint manifesta sacer doti sicut hōi. q2 tū nō sūt ei māifesta sic vica rio dei. o3 ea ɔfiteri. Et preterea sicut dicit ma gister di. pnīt. c. vlti. ɔfessio ē qdā punitio pcti ꝛ per eā pctōr fit humilior ꝛ cautior. Uñ nō ē
D tū ad notificandum ɔfessori peccatum.
❡ Ad pᵐ i oppᵐ dō q̄ illud vbū magri ē in telligēdū fm quādā approbationē. ❡ Ad 2ᵐ dōm q̄ q̄tuncūq3 morb⁹ pcti sit patens hoib⁹ i effcū: tū latēs ē exteri⁹ in sua cā. ❡ Ad 3ᵐ di cēdū q̄ illa auctoritas itelligēda ē i foro ɔtē tioso vbi iudicatur malū de interiori ope: non in foro penitentie vbi principalius iudicatur de intentione. Questio V.

**Quinto** queritur vtr homo teneat pecca ti circunstātias confiteri. Et vi
A det q̄ sic. Aug. in li. de pe. ꝛ ē de pe. di. q̄nta. i pncipio. ꝛ recitat magr supius. dist. 16. cap. 2º postq̄ narrate sunt pctōr circūstantie: seqtur q̄ ois ista varietas ɔfitēda ē. ꝛ deflēda. g̃ pcti circūstātie sūt ɔfitēde. ❡ Itē pcti q̄titas sciri n̄ pt nisi sciat ill q̄ illor aggrauāt q̄titatē. S3 circūstātie aggrauāt pctū vt supius visū ē. g̃ q̄titas pcti sciri nō pt: eor circūstātijs igno rat. cū g̃ sacerdos q2 ē iudex debeat scire totā q̄titatem pecati omnes peccatorum circūstā
B tie sibi sunt confitende.
❡ Contra. circūstantie pctōr pnt esse infini te. S3 nullus obligat ad cōfitēdū ea q̄ i ifini tū pnt pcedē q2 de talib⁹ nō ē ars neq3 scia. g̃ null⁹ tenet oēs circūstātias pcti cōfiteri.
❡ Respondeo q̄ circunstantie mutāt aliqn spēm pcti vt supius visum est. ꝛ tunc circūstā tie sūt ɔfitēde. q2 spēs pcti ɔfitēda ē. aliqn ita aggrauant in eadē spē q̄ actū reddunt morta

lem: q̄ sine illis mortalis non esset sicut patet.
C ☞ Idem eni actus illicit⁹ pōt fieri ex tanta in
tentione ꝛ deliberatione ꝙ ē peccatū morta
le: qui tñ ex surreptione fact⁹ mortale nō eēt.
ꝛ talis circūstantia ꝯfitēda est. Aliqñ etiā nō
aggrauāt criaľr: ꝫ veniaľr: qꝛ sine illis illa de/
ordiatio mortale pctm̄ eēt: nec ꝑ eas fieret pec
catū mortale si alias non esset. ꝛ sicut venialia
peccata nō sūt ꝯfitēda de necessitate nisi ali/
quādo per accn̄s: vt supius dcm̄ est: sic tales
circunstātie nō reqrūť de necessitate ad suffi/
cientē ꝯfessionē: q̄uis reqrātur ad cōfessionis
D pfectionē. ☞ Ut āt meli⁹ sciri possit qñ ꝯfitēde
de necessitate sint ꝛ qñ non. Sciendū ꝙ circū
stantia dr̄ illud qd̄ ē extra eēntiam act⁹: in ali
quo tñ mō ipm attingens: aut quātū ad eēn/
tiam actus. aut q̄tū ad effcm̄: aut q̄tū ad cāz.
☞ Primo mō dupľr. aut ꝑ modū mēsure: et
tales circunstātie sunt tp̄s ꝛ loc⁹: vel tanq̄ q̄/
litates act⁹ ꝛ talis circūstātia ē agēdi mōus.
☞ 2° mō ē circunstātia q̇d fcm̄. s. mutilatio gra
uis vel leuis in respectu. ☞ 3° tripľr: q̄tum. s.
ad cām finalē: ꝛ sic accipitur hec circunstātia
E pp q̇d: aut q̄tum ad cāz mālem que ē obiectū
actus. ꝛ sic accipiť hec circūstātia circa quid.
aut q̄tum ad cām efficientē: ꝛ hoc dupľr fm
ꝙ duplex ē cā efficiēs. s. pncipalis: ex pte cui⁹
accipitur hec circunstātia q̇s fecerit: ꝛ istru-
mentalis: ex pte cuius accipiť hec circunstā/
tia quo instr̄o vel q̇b⁹ auxilijs fecerit. nec est i
telligendū ꝙ pp q̇d ꝛ circa q̇d ꝛ q̇s sint circū
stātie inq̄tū ex eis depēdet eēntia actus: sed
inq̄tū sunt quedā ꝯditiones adiuncte. Unde
quādo queritur quis fecerit tanq̄ circunstan/
tia. queriť vtꝝ clericus vľ laic⁹ vel religiosus.
ꝛ quādo q̇riť circa quid: q̇riť vtꝝ ille hō quez
F pcussit eēt platus vel subditus. ꝛ sic de alijs.
has āt octo circunstantias ponit phs. 3°. ethi.
cap. 3°. ꝛ quelibet eaꝝ aggrauare pōt inordia
tionē qñq̄ criminaľr ꝛ qñq̄ venialiter.

¶ Ad pᵐ in oppᵐ dōm ꝙ illa auctoritas in/
telligenda ē q̄tum ad ꝯfessionis pfectionez:
nō q̄tum ad sufficiētiā. ¶ Ad 2ᵐ dōm ꝙ nō
opz ꝯfessorē scire totā peccati q̄titatē: ꝫ suffi
cit ꝙ sciat eius q̄titatem notabilē seu crimi/
nalē. In nō obligādo aūt nos ad circūstātias
ꝯfitēdas pcit de⁹ nr̄e infirmitati. Qō VI.

Sexto queritur vtꝝ peccator statim tene/
A atur confiteri habita oportunita/
te sacerdotis. Et videť ꝙ sic q̄ pcussus a ſpen
te nō statim querit remediū ꝯtēptor est sue
corpalis salutis. ḡ silr̄ qui incidit in peccatuz
mortale si nō q̄ citius pōt quereret remediū
ꝯfessionis ꝯtēptor ē sue saluti s spūalis. Sz cō
temnere suā salutē spūalē est peccatum mor/
tale. ergo peccator statim teneť ꝯfiteri habita
opportunitate sacerdotis. ¶ Itē sicut ꝯ iusti/
tiā ē se separe a deo: ita sepationem ꝯtinuare.
Sed hō ꝓ quolibet tpe teneť non separe se a
deo. ergo ꝓ quolibet tpe teneť sepationem re
mouere. cum ergo remoueri nō possit sine cō
fessione: tenēť confiteri ꝓ quolibet tpe.

¶ Cōtra. ille q̄ nō facit qd̄ de necessitate tene B
tur facere ꝓ illo tpe quo tenet ꝛ pōt mortaľr
peccat. ḡ si pctōr statim teneť de necessitate cō
fiteri hita ꝯfessoris opportunitate q̄ diu dif/
fert nō cessat nouū pctm̄ ꝯmittere. qd̄ falsū ē.

¶ Rn̄deo ꝙ ille qui cōmittit pctm̄ mortale
non statim teneť de necessitate ꝯfiteri habita
confessoris opportunitate. sed sufficit ꝙ semel
in anno sicut statuit conciliū gn̄ale nisi i q̄tu/
or casib⁹. ☞ Un⁹ ē rōne sacri. s. qñ vult cōicare
vel celebrare nisi forte de ꝓpinq̄ expectet ali/
um cui deuoti⁹ ꝛ securi⁹ ꝯfiteať: sic eni expe/
ctās nullo iure qd̄ ego sciā cōicare ꝓhibetur C
si ṽe penitēs ē. ☞ Ali⁹ rōne picli vt qñ ē i no/
tabili iminēti piculo mortis. ☞ Terti⁹ ē rōne
ꝯscie. s. qñ ꝯscia sibi dictat ꝙ stati teneať confi/
teri de necessitate. ☞ Quart⁹ rōne dubij: quā/
do. s. ꝓbabiľr videt se ampli⁹ in āno illo copi/
am ꝯfessoris hr̄e nō posse: q̇ ipm posset absol/
uere. ☞ Quit⁹ casus addi pt q̄tū ad religio/
sos q̇ rōne statutoꝝ suoꝝ: ꝛ sui stat⁹ tenentur
ꝯfiteri frequēti⁹ q̄ statuat ꝯciliū gn̄ale. nec
tñ pp h° seq̇ť ꝙ stati teneāt ꝯfiteri hita ꝯfesso/
ris opportunitate: nisi assit dies quo scd̄m sta/
tutū religiōis sue ꝯfiteri tenētur. Qd̄ āt pecca
tor nō teneať regulariť statim ꝯfiteri pz. qꝛ ad D
h° nō obligať ex iure nāe. qꝛ ꝯfiteri sacerdoti
nō ē de iure nec absolute. nec ad h° obligatur
dina lege: qꝛ sic xp̄s sacerdoti ꝯfiteri pcepit i/
plicite: nō tñ pcepit h° stati fieri: nec ad hoc
obligať iur̄ positio: ꝫ tm̄ ad seľ i āno vt dcm̄ ē.

¶ Ad pᵐ i opᵐ dōm ꝙ ꝯtēnē salutē spūalez
h° pt itelligi dupľr. s. positiue ꝛ directe ꝑ aliquē
deliberatiue volūtatis motū. ꝛ h° ē pctm̄ mor
tale: aut negatiue. h° ē nō q̄reř salutē spūalē sol
licite. ꝛ h° nō ē pctm̄ mortale. ꝫ circunstantia
pcti nisi i aliq̄ determiato casu: i q̄ si nō q̄reret
sollicite peccaret mortalitr omittēdo. Et pre/
terea act⁹ penitēdi cū ꝓposito ꝯfitēdi. qñ hō
teneť ꝛ satisfaciēdi ē remediū ꝯ pctm̄ mōtale. E
¶ Ad 2ᵐ dō. ꝙ nō separe se a deo ē i hois ptā
te. ꝫ recōiūgere se deo nō sic. facili⁹. n. potuit
ſuare charitatem quā hūit q̄ se disponere ad
recuperandum quod amisit. Qō VII.

A **Septimo** queritur vtrū mulier teneatur cōfiteri suo p̄sbytero p̄ochiali pctm̄ qd̄ cū eo ꝯmisit. Et vr̄ ꝙ sic. de pe. di. 6. c. vlti. Placuit vt deiceps nulli sacerdoti liceat quēlibet ꝯmissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipe sine ei⁹ ꝯsensu: cui se prius cōmisit. g̊ p̄dicta mulier pctm̄ p̄dictū suo parochiali ꝯfiteri tenetur nisi p̄ochialis ꝯsentiat ꝙ alteri ꝯfiteaẜ. ¶ Itē teneẜ suo p̄ochiali ꝯfiteri oia pctā sua: de q̇bus ab eo potest absolui. Sꝫ ipse p̄ochialis pōt absoluere mulierē de peccato qd̄ ipsa cū eo cōmisit. quia hoc in iure ꝓhibitum non inuenitur.

B ¶ Cōtra. magis pōt recusari ꝓpri⁹ sacerdos ꝓ malitia q̄ᷓ ꝓ ignorātia. qꝛ malitia p̄iculosior est ꝛ peior. sed ꝓ ignorantia pōt recusari. de appel. di. 6^. Placuit. Cū ergo ista mulier tam experta sit sacerdotis malitiā: vr̄ ꝙ ipsuꝫ recusare potest. vt nō ꝯfitcatur eidem.

¶ Rn̄deo ꝙ aut mulier ꝓbabiliter ꝯiecturat ꝙ si ad illū sacerdotē accederet. ꝙ ipse iteruꝫ eā sollicitaret. aut sentit se ita fragilem ꝙ ꝓbabiliter timet ne loquēdo illi sacerdoti instigareẜ stimulo ꝯcupiscētie p̄p recordationē dele-
C ctationis nepharie: qua cū illo fuit delectata. ꝛ in isto casu. non tenetur isti cōfiteri. nec hoc pctm̄ nec aliud. qꝛ si pōt recusari sacerdos p̄p ignorātiā: multo fortius p̄p malitiā. p̄iculosi⁹ est. n. penitēti mulieri si sacerdos conatur eaꝫ ad pctm̄ inducere: q̄ᷓ si nesciat cōsulere sibi. dꝫ tn̄ petere licentiā aut facere peti ab illo sacerdote vel a superiori: vt alteri possit confiteri. q̇ si malitiose dare licentiā recusaret: hoc nō ꝓhiberet: q̇n illa mulier possit alteri sacerdoti cōfiteri. Si aūt mulier ꝓbabilr̄ credat ꝙ nec ex parte sacerdotis nec ex p̄te sui immineat p̄iculū si ꝯfitetur eidē: tunc teneẜ illi cōfiteri etiam illud pctm̄ qd̄ cum eo cōmisit. ꝛ ipse de illo pōt
D cam absoluere sicut de alijs.

¶ Ad p̄ᵐ dd̄. ꝙ post v̄ba decreti allegata statim subiungitur: nisi ꝓ ignorātia illius cui penitēs ꝯfessus est. ꝛ vt iā dictuꝫ est. si pōt recusari ꝓ ignorātia: pōt recusari ꝓ malitia. ¶ Ad 2ᵐ dd̄ ꝙ nō semꝑ teneẜ penitēs ꝯfiteri p̄ochiali suo de oib⁹ pctis a q̇b⁹ ab eo posset absolui. si. n. aliq̇s parochianus eēt aliq̇d machinat⁹ latēter ꝯ̄ sui sacerdotis p̄sonaꝫ: de q̄ machinatiōe possꝫ ab illo sacerdote absolui: nō tenereẜ hoc ꝯfiteri sibi: ne ille ꝓuocareẜ ad odium.

¶ Ex dictis pꝫ quid dici debeat ad argumentū ad p̄tē sc̄dam. Qō VIII.

A **Octauo** querit. vtrū cōfessio sacr̄alis possit fieri plurib⁹ sacerdotib⁹ sil̄. Et videẜ ꝙ nō. qꝛ cōfessio sacr̄alis nō pōt fieri a plurib⁹ penitētibus sil̄ vni sacerdoti. penitens eni solus dꝫ cōfiteri peccata sua. extra de peni. ꝛ re. Ois vtriusqꝫ sexus. ergo a sili cōfessio sacr̄alis nō pōt fieri plurib⁹ sacerdotibus sil̄. ¶ Iteꝫ nō dꝫ fieri ꝑ plura qd̄ eque bn̄ pōt fieri ꝑ vnū. sed vn⁹ sacerdos ita bene pōt absoluere penitētē sicut plures sil̄. ergo cōfessio sacr̄alis nō dꝫ fieri plurib⁹ sacerdotib⁹ siml̄.

¶ Cōtra. de pe. di. prima. Mensurā. §. non sunt. q̄ꝫto plurib⁹ ꝯfitebiẜ in spe venie turpitudinem criminis: tanto facilius consequetur gratiam remissionis.

¶ Respōdeo. ꝙ si penitēs cōfiteaẜ pluribus sacerdotib⁹ sil̄. ꝛ absoluitur ab eis: credo ꝙ recipit p̄nie sacr̄m. nō credo. n. ꝙ modus exprimendi p̄sonam absoluentem vel absolutionis actū in singulari vl̄ in plurali de necessitate requiraẜ ad essentiā sacr̄i: credo tn̄ ꝙ nisi penitens velit ꝯfiteri duobus sil̄ vt certius ꝯsiliuꝫ habeat ab ābobus q̄ᷓ ab altero solū: duo sacerdotes audiētes simul vnū penitētē in foro p̄nie: ꝛ sil̄ absoluētes peccāt: qꝛ faciūt ꝯtra cōsuetudinē eccl̄ie ꝛ statutū. statuit. n. vt i illo foro solus soli ꝯfiteaẜ. ¶ Alij dicūt ꝙ sacr̄ꝫ p̄nie suscipi nō pōt nec administrari nisi in foro secreto: qꝛ ibi de occultis ꝯscie agiẜ. sacerdos ēt in illo foro xp̄m repn̄tat. vn⁹ aūt est xp̄s. Vn̄ dicunt ꝙ ꝯfiteri plurib⁹ sacerdotib⁹ sil̄ nō vr̄ cōfessio q̄ sit p̄s sacr̄i. ¶ Qui vult tenere primā opinionē pōt dicere ad p̄mū ꝙ plures sil̄ confiteri vni magis est cōtra secretū qd̄ dꝫ in foro p̄nie obseruari q̄ᷓ vnū cōfiteri pluribus sacerdotibus simul. qꝛ illi sacerdotes ita obligātur ad celādum pctā cōfessa sicut vnus solus. Sꝫ plurīū ꝯfitētiū sil̄ nō ita stricte obligatur vn⁹ ad celandum peccata alioꝝ. plures tamē possunt se cōfiteri vni in articulo necessitatis. s. quādo
D mors ita iminet de ꝓpinquo ꝙ vn⁹ post aliū cōfiteri nō possꝫ: licitū ē nec euacuat sacr̄i virtutē. ¶ Ad 2ᵐ dd̄. ꝙ illud argᵐ nō plus ꝓbat nisi ꝙ plures sacerdotes sil̄ hoc faciēdo peccant. ¶ Pōt tn̄ dici ꝙ in casu in quo viderent penitētem hoc facere ex magno feruore ꝛ vt magis tranquillareẜ cōsciā suā p̄p collationem duorū in cōsulēdo: licituꝫ esset eis sil̄ ipsum penitentē audire ꝛ absoluere.

¶ Rn̄deo q matrimoniū ɔtractū p ɔsensum coactū metu cadēte in ɔstātē virū: aut ē ɔtractū p coactionē ɔsensus viri vel mulieris tātū: aut vtriusq3 simul. si p° mō ille q̄ libere ɔsensit ligatus ē. alr nō. si tn̄ postea tacite ɔsentiat & libere psona ligata in ɔsensu p̄stino psistēte verū efficit mrimoniū: & tūc vterq3 ligatus ē: qr C q̄uis tacitus ɔsensus p se nō sufficeret. tn̄ sufficit cū exp̄ssiōe exteriori q̄ p̄cessit: si autem psona ligata resiluit a ɔsensu ante sequētē cōsensum alterius: tūc distinguo: qr aut ɔxit mrimoniū aliud: & tūc dico q illud 2m mrimoniū tenet q̄uis peccauerit ɔtrahēdo si cōgruo tēpore nō ex peccauit liberū ɔsensū alterius tacitū vel expressū. Aut nō ɔtraxit aliud mrimoniū. & tūc sm iudiciū ecclesie p̄sumet in eodē ɔsensu pmanere: qr q̄ in aliquē semel ɔsenserit amplius nō poterit dissentire: si alius nō negauerit suū p̄stare ɔsensū. extra de despō. ipu. De illis. sm tn̄ iudiciū dei nō est mrimoniū verū: qr D talis nō pōt esse sine ɔcursu mutui ɔsensus interioris: si aūt vtraq3 psona fuit coacta. tūc ad h° q sit veȝ mrimoniū reqrit nouus cōsensus ex vtraq3 pte. s3 nō noua exterior expressio.

¶ Ad pm in opp̄m dōm q maior nō ē vlr vera: si itelligat de simultate ɔiūctiōis scdm essentias: plures eni gutte reqrunt p cā vnius cauatiōis: nec tn̄ oēs sil' sūt sm eēntias qn̄ causat cauatio: s3 vna causat btute p̄cedētiū: q̄rū quelibet aliq̄ fecit dispositionē. Aliqualr dico a simili q sequēs ɔsensus tacitus cū virtute exp̄ssionis q̄ p̄cessit efficit mrimoniū. ¶ Ad 2m dō. q pp̄rie loquēdo meli' di illud mrimoniū p sequentem tacitum consensum perfici q̄ ratificari. & consensus coactus qui consensus fuit q̄uis nō ratus per sequentem consensum tacitum ratificari. Questio. II.

**Secundo** queritur vtrum p carnalem copulam sequētem ratificetur. A

¶ Rn̄deo q mulier q̄ ɔtraxit p ɔsensum coactū metu cadēte in mulierē ɔstātē: si postea cū illo cū quo cōtraxit carnaliter copulat: aut ad hoc cogit p vim absolutā: aut p sufficiētē metū: aut p leuē: p̄mis duob' modis nō ratificat p̄dictū matrimoniū: nec q̄tuȝ ad iudiciū fori: nec quātū ad iudiciū poli p copulā carnalē: s3 3° mō ratificat p eā quātū ad iudiciū fori siue interius ɔsentiat siue nō: qr ex quo ad h° iducitur p leuē metū: aut habita ptāte reclinādi pmittit se cognosci p̄sumit iterius ɔsentire: si tn̄ iterius nō ɔsentiat in mrimoniū nō efficit matrimoniū verum scdm iudiciū poli. Qō. III.

**Tertio** querit vtrū mrimoniū ɔctū p ɔsensum metu coactū ratificet si firmet p iuramētū. A

¶ Ad hoc dn̄t q̄dā q sic saltē in foro ɔsciētie: qn̄q3 eni ɔtractus q̄ nō tenet si nō p iuramētū firmet vel p iterpositionē fidei: validus efficit si firmet p alterū illoȝ. extra d his q̄ vi metusue cā fiūt. Ad aures. vbi dicit q renūciatio electiōis facta ad terrorē laicoȝ non tenet nisi iuramēto vel fide interposita firmet.

¶ Alij dn̄t & pbabilr q mrimoniū ɔctū coactiōe p metū cadētē in ɔstātē virū firmatū per iuramētū nō tenet nec in foro exteriori nec in foro ɔscie: qr aut illo iuramēto iurat aliq̄d p̄teritū: aut aliq̄d p̄ns: aut aliq̄d futurū: si p° modo planū ē q nō pōt ratificare mrimoniū qd alias eēt nullū: qr si coact' iurat q vere ɔsenserit tale iuramētū nō pōt facere ɔsensū iā p̄teritū esse validū: si aū nō valuit. si scdo mō ēt ratificare nō pōt: qr si ɔtrahēdo iuret q in rei veritate ɔsentit iterius i corde: & nō ɔsentiat piurus ē. piuriū aūt mrimoniū ratificare nō pōt. si aūt vere ɔsentit q̄uis veȝ iuret. tn̄ illud iuramētū mrimoniū nō ratificat: qr tale iuramētū est assertoriū: vnde illo nō fit nisi testificatio de p̄ntia iterioris ɔsensus: vn̄ si iterior ɔsensus de se ē inualidus & iefficax ad mrimoniū ɔhēdū: testificatio p̄ntie talis consensus nihil facit ad mrimoniū. Si aūt iuret aliq̄d d futuro sic. Juro tibi q ɔsentiā in te. planū ē q tale iuramētū nō pōt ratificare ɔctū p vba de p̄nti q̄ p̄cessit: qr tali iuramento nō firmat nisi pmissio de ɔtrahēdo. Vtrū aūt talis pmisso iuramēto firmata teneat. visum est qōne scda articuli p̄cedētis. Et tenētes hāc fa3 opinionē ad decretalē allegatā p alia opinione dicūt q nō ē simile: qr maior libertas reqrit in contrahēdo

matrimonii q̄ in renūciando electioni. vnde extra eo.ti. Abbas. in glo. dicit q̄ matrimoniū ɔtractū p metū nō tenet: nec obligatus est qui hoc facit etiā si iurat: q2 mrimonia libera esse debent: q2 inuite nuptie difficiles exit9 cōsueue rūt hr̄e: ⁊ pax post dī q̄ vbi metus vel coactio itercedit: ɔsēsus liber dici nō pōt. Qō. iiii.

**Quarto** querit vtrū ille q̄ iurauit aliquā ducere in vxorē possit religionē intrare matrimonio nō prius cōtracto. Et videt q̄ nō: q2 nullus pōt facere q̄n periuriū sit peccatū: cū sit ɔtra 2m preceptū prime tabule: sed si talis intraret religionē nō prius ɔtracto mrimonio piurat. ergo si talis itraret religionē mrimonio nō prius ɔtracto peccaret.

A

¶ Cōtra. si ɔtraheret aut intenderet explicite vel implicite se obligare ad carnalē copulā si alter ɔiunx exigeret: aut nō. Si sic. intēderet se obligare si alter cōiunx vellet: ad illud qd̄ sibi viā precluderet ad maius bonū: ad talē autē obligationē nullus tenet. Si vero ɔtractus ille nullus esset: q2 ad hoc q̄ vinculū matrimonij cōtrahat reqrit q̄ vterq3 cōiugū explicite vel implicite consentiat in carnalē copulā sub hac ɔditione: si alter coniunx eā exigeret. ergo videt q̄ ille licite pōt religionē intrare nō cōtracto matrimonio.

B

¶ Rn̄deo vt habet extra de spō. Cōmissum. tutius est ei religione iuramenti seruata prius ɔtrahere: ⁊ postea si elegerit ad religionē migrare: qd̄ nō sic est intelligēdū fm̄ quosdā q̄ hoc sit tutius scd̄m veritatē: s3 quo ad opinionē: ne de facto dicat iste ɔ suū iuramentū venisse: q2 nō videt ifringere iuramētū q̄ illud commutat in melius. extra de iureiurādo. Peruenit. scd̄o. vnde si vult pōt absq3 peccato religionē intrare matrimonio nō ɔtracto. ¶ Alij dicūt ɔtrariū: q2 pōt vtrūq3 facere: q2 ante consumationē matrimonij cuilibet coniugū altero inuito licitum est religionē intrare: nō tenent tū ɔtrahere nisi in loco tuto vbi ad carnalē copulam cogi nō possint. Uł aūt mihi magis adherēdū opinioni prime maxie q2 sic ɔtrahens matrimoniū nō ɔtraheret illa intentiōe qua se ɔtracturū iurauit nec sub illa qua mulier recepit iuramentū. vnde si ɔtraheret cū ea aū redditionē d̄biti religionē itrare itēdēs eā d̄ludēt

C

¶ Qui vult tenere primam opinionem pōt dicere q̄ talis intrans religionem non contracto prius matrimonio non periurat: quia iuramentū nō infringit q̄ illud in melius commutat vt patet per decre. allegatam ꝓ prima opinione. dicit etiā in glo. q̄ non dicit deiurare q̄ ex iusta cā deserit iuramētū. Arm ad hoc. 22. q. 1. Dtūs: ⁊ ex de voto ⁊ voti redēp. Scriptur.

¶ Qui vult tenere secundam opinionem potest dicere ad argumentum ad partem secundam q̄ vt dicit. extra de spon. Cōmissum. in textu. sed expressius in glo. q2 licet talis gerat in corde virginitatē ɔsentire potest in matrimoniū: ⁊ hoc rationabile est: q2 talis ɔsentit iplicite in carnalē copulā: si alter cōiunx exegerit: si nō fecerit illud per quod a tali debito absoluat. quāuis hoc firmiter intendat facere.

**Circa** litterā. Tantū in domino nubat. i. cū fideli. nō cū ifideli. Si patris volūtati nō repugnat consentire intelligit. si tū interius nō ɔsentit non est matrimoniū secundum rei veritatem: est tamen matrimonium presumptum: si illa non erat sui iuris.

## ¶ De errore qui euacuat consensum. Distinctio. XXX



Ec solū coactio impedit vel excludit consensum: s3 etiam error. Non autem omnis error consensū impedit. Est eni error alius persone: alius fortune: alius conditionis: alius qualitatis. Error persone quando hic putatur esse homo ille. ⁊ est alius. Error fortune quando putatur esse diues qui est pauper vel ecōuerso. Error ɔditionis quādo putatur esse liber qui seruus est. Error qualitatis quando putatur esse bonus qui ē malus. Error fortune ⁊ qualitatis coniugij consensum non excludit. Error vero conditionis coniugalem cōsensū euacuat. De qua conditiōe postmodū tractabimus. Error quoq3 persone consensum coniugalem non admittit: vt siquis feminam nobilem in coniugium petat ⁊ pro ea alia ignobilis tradatur ei. non est inter eos coniugium q2 nō consensit vir in istam: sed in aliā: vt sigs promitteret mihi se vendituru auruz ⁊ pro auro offert mihi auricalcum ⁊ ita me deciperet: nūquid dicerer consensisse in auricalcum? nūquā volui emere auricalcū: nec ergo in illud consensi: quia

consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materie excludit consensum: ita ⁊ in coniugio error persone. Sed obijcitur de Jacob qui pro rachel septē annis seruierat ⁊ supposita est ei lya: nūquid error persone exclusit coniugium cū nō in eam sed in rachel consenserit? Sed quod ibi factum in mysterio gestum non improbe traditur: ibi tamen ⁊ si nō precessit: secutus est consensus: nec ex illo concubitu qui consensum precessit fornicarij iudicantur: cum ille maritali affectu eam cognouerit ⁊ illa vxorio affectu debitum persoluerit putans lege primogenitarum ⁊ paternis imperijs se illi iure copulatam. Excusatur etiā quia dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiam excusaretur ille cui īscio vxoris soror lectulum eius ingressa se subijceret: que cū sine spe coniugij perpetuo manere censeatur: ille tamen qui cognouit eam per ignorantiam excusatur: quod p simile probatur. Si enī diabolus transfigurans se in angelū lucis credatur bonus: non est error periculosus. Quod autem vir ille in illam mulierem non consenserit: ex simili ostenditur. Si quis hereticus nomine Augustini vel Ambrosij alicui catholico se offerret: eumque ad sui fidei imitationem vocaret: ⁊ si ille assentiret: in cuius sententiam fidei dicitur consensisse? Non in hereticorum sectam: sed in integritate fidei quam ille hereticus se mentiebatur habere. Error vero fortune cōsensum non excludit. Que enim nubit pauperi putans illum esse diuitem non potest renunciare priori conditioni: quāuis errauerit: nec error qualitatis: vt siquis ducat vxorem meretricem vel corruptam: quam putat esse castam vel virginem non potest eam dimittere.

¶ De coniugio Marie ⁊ Joseph.

Premissis aliquid addendum est de modo illius consensus: qui inter Mariam ⁊ Joseph intercessit. Sane credi potest non solum Mariam sed etiam Joseph apud se disposuisse virginitatem seruare velle: nisi deus aliter iuberet: eosque sic consensisse in coniugalem societatem: vt vterque de altero reuelante spiritusancto intelligeret quod virginitatem seruare vellet: nisi deus aliter inspiraret: sed illam voluntatem verbis non expresserant: postea vero expresserunt: ⁊ in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem: sed non in carnalem copulam: nisi de eadem specialiter deus prediceret: cuius etiam consilio in maritalem consensit copulam: quia virginitatem seruare volebat: ⁊ ideo non aliter consensisset in coniugalem societatem: nisi familiare dei consilium habuisset. De qua Augu. sic ait. Beata maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde: sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuine dispositioni: proposuit se perseueraturam virginem: nisi deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuine dispositioni consensit in carnalem copulam: non illam petendo: sed diuine inspirationi in vtroque obediendo: postea vero simul cum viro labijs expressit: ⁊ vterque in virginitate permansit.

¶ Quod perfectum inter eos fuit coniugium.

Inter quos vt ait Augu. perfectum fuit coniugium: perfectum quidem non in significatione: sed in sanctitate. Sanctiora sunt enim coniugia pari voto cōtinentium. Unde Augu. Quod deo pari voto ⁊ consensu voueratis: ambo perseuerāter reddere debuistis: a

quo ꝓposito ñ lapsus ē ille: tu saltē ꝑseuera. Nō q2 pariter temperabitis a cōmixtiōe carnali: ideo maritus tuus esse desiterat. imo vero tanto sanctius coniuges manebatis: quāto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectum ergo fuit Marie ⁊ Joseph cōiugiū in sanctitate. Perfectum etiam fuit scdm triplex bonū coniugij: fidē. s. prolem ⁊ sacramentum. Omne enim nuptiarū bonum vt ait Aug. impletum est in illis parentibus christi: fides: proles: sacramentum. Prolem cognoscimus ipsū dominum. Fidem: quia nullum adulterium. Sacramētū: quia nullū diuortium. Solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit: q2 in carne peccati fieri non potuerat sine pudenda cōcupiscentia carnis que accidit ex peccato: sine qua concipi voluit q sine peccato futurus erat. Et licet nō intercessisset coniugalis concubitus: cōiuges tamē vere fuerūt: mente non carne sicut ⁊ parentes: q̄uis ambro. dicat ꝑfectum fieri coniugiū p carnalē copulam. Jn omni inqt matrimonio cōiūctio intelligitur spiritualis. quam confirmat ⁊ ꝑficit. cōiunctorū cōmixtio corpalis. Sz intelligēdū est cōiugiū ꝑfici cōmixtione corporali: nō quātū ad veritatē vel sanctitatem coniugij: sed quātū ad significationem: quia perfectius vnionē xp̄i ⁊ ecclesie tunc figurat.

De causa finali coniugij.

Exposito que sit efficiēs cā matrimonij: ꝯsequēs est ostendere ob quā causam soleat vel debeat contrahi matrimoniū. Est igit̄ finalis cā m̄rimonij cōtrahēdi ꝑncipalis ꝓcreatio ꝓlis. ꝓpter hoc enī instituit de⁹ cōiugiū inter primos parētes: qbus dixit. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊c̄. Secūda est post peccatū Ade vitatio fornicatiōis. Vñ apl's. Propter fornicationem vnusqsq3 habeat vxorē suā: ⁊ vnaqueq3 habeat virū suū. Sūt ⁊ alie cause honeste: vt inimicoꝝ recōciliatio: ⁊ pacis reintegratio. Sūt etiā ⁊ alie cause minus honeste ꝓpter quas aliqñ ꝯtrahit̄: vt viri mulierisq3 pulchritudo q̄ aīos amore iflāmatos sepe ipellit inire cōiugiū: vt valeāt suū explere desideriū. Questus quoq3 ⁊ diuitiaꝝ possessio frequēter est cōiugij cā: ⁊ alia multa que cuiq3 diligētiā adhibēti facile ē discernere. Nec est assentiēdū illis q dñt nō esse cōiugiū qd̄ pp has cās min⁹ honestas cōtrahit̄. Cōstat enī ex ꝑmissis cōiugiū fieri ex cōi cōsensu v̄bis de p̄nti expresso: q̄uis amor ad hoc attraxerit. Cui⁹ rei documētum ꝑstat Jacob q rachel decorā facie ⁊ venusto aspectu amauit: eamq3 multū diligēs ait. Seruiā tibi ꝓ rachel septē annis. Jn deutro. ēt legit̄. Si videris ī medio captiuoꝝ mulierē pulchrā ⁊ adamaueris eā: volueris q3 vxorē hr̄e: introduces eam in domum tuā ⁊c̄.

Qr malus finis nō cōtaminat sacrm̄.

Et lz fine nō bono ꝯhat̄ cōiugiū: qñ ꝑpēs cōtrahētis mouet animū: cōiugiū tñ bonū est: q2 vita mala vel itētio ꝑuersa alicui⁹: sacrm̄ nō cōtaminat. Habuit aūt coniugiū Marie ⁊ Joseph alias cās spāles. s. vt virgo solatio viri sustētaret̄: ⁊ vt diabolo partus celaret̄: ⁊ vt Joseph eēt testis castitatis: defendēs eā ab īfamia suspitiōis: ne vt adultera damnaretur.

Superius determinauit magister de ꝯsensu matrimoniali quātū ad eius defectū ex parte volūtatis. Hic determinat q̄tū ad eius defectū ex ꝑte itētiōis: ⁊ diuidit̄ in tres. Primo determinat magister de defectu itētiōis ꝑ errorē causato. Scd̄o de ꝯiugio iter Mariā ⁊ Joseph. ibi. Premissis. Tertio de cāis cōtrahēdi m̄rimoniū. ibi. Exposito. Media diuidit̄ i duas. P° determinat de virginitate

Marie ⁊ Joseph. ¶ Secundo de ipsoꝝ coiugio ibi. Inter quos. ¶ Illa pars q̄ ibi incipit. Expositio. diuiditur in duas. ⁊ Primo determinat de causis ꝯhendi matrimoniū in cōmūi. ⁊ Scđo de cāis ꝯct⁹ matrimonij inter Mariā ⁊ Joseph i spāli. ibi. Habuit āt.

Articulus. i.



Circa hanc di. querendū ē principaliter de tribus. ⁊ P° de ipedimēto matrimonij pp intentionis defectum causatū per errorē. ⁊ 2° de aliquibus tangētib⁹ coiugium Marie ⁊ Joseph. ⁊ 3° de causis ꝯhēdi matrimoniū. ¶ Circa pᵐ querūtur duo. ⁊ P° vtrū aliq̄s error ipediat matrimonium. ⁊ 2° vtꝝ solus error respectu psone vel conditiōis eius cū qua ꝯhitur impediat matrimonium.

Primo ōndo q nullus error ipediat matrimoniū: q2 nihil impedit matri-
A monium nisi sit ꝯtra aliquod de bonis matrimonij: sed error cum nihil aliud sit q̄ aliud pro alio putare fm Augᵐ Enchyridion. 13. c. nō ē cōtra aliqđ de bonis matrimonij. vt p3 iducenti. ergo non ipedit matrimoniū. ¶ Itē si aliq̄s baptizat vnū quē putat esse aliū: vel seruum quē putat esse liberu3 vere baptizat. g̃ a sili si mulier ꝯhit cū vno quem putat aliū: vel cum seruo quē putat liberū: verū ꝯhit matrimoniu3. ¶ Itē non obstante errore psone fuit iter Jacob ⁊ Lya3 matrimoniū: vt hꝫ Gen. 29. sed si aliquis error ipediret matrimoniū: hoc maxie faceret error respectu persone. ergo nullus error ipedit. ¶ Itē q̄uis Isaac benedicēdo Jacob crederet benedicere Esau: valuit tñ bene-
B dictio Jacob. vt enim hꝫ gen. 27. dicit Isaac. bñdixi ei ⁊ erit bñdict⁹. ergo a simili q̄uis ꝯhat mulier cū vno quē credit alium: verū est matrimoniū: sed si talis error non impedit: multo fortius nullus alius.

¶ Cōtra. si aliq̄s ꝓmittit se venditurū mihi aurum ⁊ pro auro affert mihi auricalcū non tenet ꝯctus: q2 non consensi in ēptiōe auricalchi: sed auri. error. n. circa materiam excludit ꝯsensū: sicut dicit magr̄ hui⁹ di. c. i. ⁊ est. 29. q. i. ante medium. cū ergo psōe ꝯhentes sint materia matrimonij. error respectu persone cū q̄ ꝯhitur impedit matrimoniū. ¶ Item fm ph3. 3. ethi. c. 3. Omne q est pp ignorantiā non ē voluntarium: sed quod fit per errorē fit p ignorantiam: ergo est nō volūtariū: sed consensus
C actus est volūtarius. ergo error respectu persone circa quā errat ipedit errantis ꝯsensum. ⁊ ex ꝯñti matrimoniū: q2 quod ipedit causam impedit effectum.

¶ Rñdeo fm q dicit magr̄ hui⁹ di. c. i. ⁊ est. 29. q. i. §. i. alius est error psone. alius fortune. alius ꝯditiōis: alius q̄litatis: verbi gra. mulier volēs ꝯhere errat circa psonā cū qua ꝯhit qñ putat ipm esse illū q̄ nō ē. vt si putet ipsum esse Titium ⁊ est martin⁹: errat circa eius fortuna3 si putat eē diuitē eū ⁊ est paup. errat circa eius cōditionem si putat eū eē liberū ⁊ ser- D
uus ē: errat circa ei⁹ q̄litatē si putat eū esse bonum: ⁊ ē malus. Primus error ipedit matrimoniū: q2 ipedit ꝯsensum ex pte errantis respcū persone cū qua ꝯhit: cū. n. Berta ꝯtrahit cu3 Titio non putās illū esse Titiū s3 Martinu3: non consentit in Titium sed in Martinū: q2 sicut fm Aug. 10. de tri. c. i. non pñt amari nisi cognita: sic nō pōt esse cōsensus in psonam nō cognitā. quō aūt error cōditiōis impediat matrimonium declarādū ē inferius. di. 26. Utrū aūt error fortune ⁊ qualitatis matrimoniū impediat vel non declarabitur in sequenti q̄ōe. ¶ Ad pᵐ in oppᵐ dō. q error psone ē cōtra centiam matrimonij inquātū ipedit ei⁹ efficien- E
tem cām q̄ est mutuus ꝯsensus. ¶ Ad 2ᵐ dō. q ñ ē sile. q2 in susceptione baptismi efficitur simplr̄ melior cōditio suscipientis. non aūt efficitur simplr̄ melior conditio matrimonij contrahentis: ⁊ iō reqrit̄ spālior intentio ⁊ ꝯsensus liberior in matrimoniū ꝯhente q̄ in baptizante. ¶ Ad 3ᵐ dō. q sicut dic̄ magr̄ i lr̄a huius di. c. i. q̄uis ꝯcubitū Jacob cum Lya non precesserit consensus. tñ est subsecutus: sicut dicitur. 29. q. i. quasi statim post mediū Jacob ⁊ Lyā non fecit cōiuges pcedens ꝯsensus: sed subsequens. ¶ Ad 4ᵐ dō. q non est sile. q2 illa bñdictio fuit opus dei: circa qđ non potest
cadere error. s3 ꝯsensu3 ē act⁹ hoīs circa quē er- A
ror cadere pōt. ⁊ Preterea illa bñdictio debebatur Jacob ex ordinatione diuina: qđ p⁹ factū Isaac per reuelationem intelligens benedictionem confirmauit dicens. benedixi ei ⁊ erit benedictus.

Questio. ii.

Secundo queritur vtrum solus error respectu psōe vel conditiōis ei⁹ cum qua ꝯtrahitur impediat matrimoniū. Et videtur q nō: q2 ois error respectu alicuius de bonis matrimōij ipedit matrimoniū: sed error sterilitatis est respectu alicuius qđ est ꝯ bonū ꝓlis. ergo error sterilitatis ipedit matrimonium. ¶ Itē magr̄ hui⁹ di. c. i. Si q̄s feminā nobilē in ꝯiugiū petat ⁊ ꝓ ea alia ignobilis tradatur ei. non est inter eos ꝯiugiū. sed error ignobilitatis comprehenditur sub errore fortune vel qualitatis. ergo non solus error persone vel

B ꝯditiõis impedit mrimoniũ. ¶ Itẽ ois error qui impedit volũtariũ ipedit mrimonium: sʒ ƒm phm.3.ethi.c.3. Ignorantia cuiuslibet circunstantie tollit volũtariũ: ergo error respcũ cuiuscũqʒ circunstãtie ipedit mrimonium.
¶ Itẽ si aliqs ꝯhit cũ ꝯsanguinea quã putat extraneã ipeditur matrimoniuʒ: sed error respectu ꝯsanguinitatiʒ nõ ẽ error respectu persone nec respectu ꝯditiõis. ergo alijs error ab illis impedit matrimonium.
¶ Cõtra. magr hui⁹ di.c.1. ꝛ hr.29.q.1.aũ medium. Error fortune ꝛ qualitatis coniugij cõsensum nõ excludit. error vero ꝯditiõis ꝯiugalem ꝯsensum euacuat. error quoqʒ persone cõ
C iugalẽ ꝯsensum nõ admittit. Cum ergo ois error ad vnũ de illis quatuor reducat. solus error persone vel ꝯditiõis mrimonium ipedit.
¶ Rñdeo ꝙ inter hñtes vsum liberi. ar. nullus alius error ꝗ̃ persone vel cõditionis mrimoniũ ipedit: qꝛ nullus error mrimoniũ impedit nisi sit respectu alicuius eoꝝ que sũt matrimonio essentialia. Sed solus error persone vel ꝯditiõis est respectu eoꝝ ꝗ̃ sunt mrimonio ẽtialia: error eni persõe est respectu huius quod ẽ materiale in matrimõio. ꝓsone. n. ꝯhentes sunt matrimonij materia. error vero
D ꝯditionis est respectu hui⁹ qđ est formale i matrimõio: quod ẽ obligatio ꝑ totã vitã ad reddẽdũ đbitũ cũ ab altero ꝯiuge exigat: cui obligationi opponitur cõditio seruitutis: qꝛ seru⁹ cum sit possessio dñi sui põt occupari per dñm frequenter circa opera que non patiuntur ipʒ reddere debitũ petenti: si ꝯxit ꝓter licentiam dñi sui. Alie etiã rões inferius dicentur. Error aũt fortune vel q̃litatis nõ est nisi respectu eorum que sunt accidentalia mrimonio. diuitie. n. ꝛ pauptaʒ pulchritudo ꝛ turpitudo. bõi mores ꝛ mali mrimonio sunt accidentalia. ꝛ iõ error circa talia mrimonium nõ ipedit.
¶ Ad pᵐ in oppoᵐ đđ. ꝙ bonũ ꝓlis ƒm ꝙ ẽ q̃d eẽtiale mrimonio nõ ẽ generatio ꝓlis: sʒ obligatio ad eius susceptionẽ ꝛ religiosã educationem si genita fuerit: ꝯ hoc aũt nõ ẽ sterilitas. ¶ Ad 2ᵐ đđm ꝙ aliqñ errat ꝯhens circa
E subiectũ nobilitatis aliqñ circa nobilitatẽ subiecti non circa subiectum. ☞ Pᵒ mõ est error ꝑsone vt cum itendit ꝯhere cũ filia regis ꝛ loco illius sibi pũtatur filia vnius ciuis: ꝛ iõ talis error impedit mrimoniũ: ꝛ sic itelligit auctoritas magri. ☞ Scđo modo est error qualitatis nec impedit matrimonium. vt si quis cõsentiat in personam sibi notam: quia credit eã nobilem ꝛ tamen non est. ¶ Ad 3ᵐ đđ. ꝙ ꝗ̃uis error cuiuslibet circunstãtie ipediat ƒʒ q̃d voluntarium: error tamen cuiuslibʒ circunstãtie non impedit simpliciter voluntarium. F
¶ Ad 4ᵐ đđ. ꝙ quedam sunt impedimenta mrimonij siue respectu eorum sit error: siue nõ vt cõsanguinitas ꝛ plura alia de quibus dicet iferius. ꝛ talia non comprehenduntur sub impedimento erroris: quedam sunt que non impediunt nisi ꝑ errorem adiunctum: sicut diuersitas persone ꝛ ꝯditio seruitutis: ꝛ hec tñ cõprehenduntur sub impedimento erroris.

Articulus. II.



Onsequenter queritur de 2ᵒ pñcipali. Et circa hoc querũtur duo. ☞ Primo vtrum beata virgo virginitatem vouerit. ☞ 2ᵒ vtrum inter ipam ꝛ Ioseph mrimonium perfectum fuerit.

Questio. I.

Primo ꝙ̃ndo ꝙ beata virgo virginitateʒ
A non vouerit. deutero. 7. Non erit apud te sterilis vtriusqʒ sexus tam in hominibus ꝗ̃ i gregibus tuis: sed beata virgo nihil vouit qđ esset ꝯ̃rium legi. cuʒ ergo virginitas icludat sterilitatẽ: ꝟginitatẽ nõ vouit. ¶ Itẽ Math. primo dr ꝙ Ioseph non cognoscebat eã donec pareret filium suum ꝑmogenitum. ꝗ̃ vr ꝙ post partũ Christi ioseph cognouit eaʒ: quod non fuisset si virginitatem vouisset: quia nunꝗ̃ peccauit. ¶ Itẽ Io. 2. dr de Christo ꝙ̃ descẽdit Chapharnaũ ipse ꝛ mater eius ꝛ fratres eius ꝛ discipuli eius. ergo xp̃s fratres habuit carnales: qꝛ aliter non poneret copula i
B ter fratres ꝛ discipulos. Hoc aũt non fuisset si beata virgo virginitatẽ seruasset: cuʒ ergo q̃c q̃d vouerit seruauerit virginitatem non vouit
¶ Item Luce. 2. dicit mater eius ad illum. Ecce pater tuus ꝛ ego dolentes querebamus te. ergo Ioseph fuit pater Christi ꝙ non esset verum: si beata virgo virginitatẽ seruasset.
¶ Contra. super illud Luce. 1. Virũ non cognosco. dicit glo. interlinearis: ecce tangit ꝙ ipsa vouerit castitatẽ. ¶ Item magister hui⁹
C di. c. 2. ꝛ decretũ. 27. q. 2. Beata Maria. dñt ꝙ beata Maria ꝓposuit seruaturam votum virginitatis in corde: sed ipm votũ non expressit. postea simul cum viro labijs expressit: ꝛ vterqʒ in virginitate permansit.
¶ Rñdeo sicut dicit Ansel. in libro de cõceptu virginali. c. 18. Decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret. nempe decens erat vt ea puritate qua maior sub deo nequit intelligi virgo illa niteret. ꝛ infra. de qua spiritus sanctus volebat ꝛ operaturus erat vt

conciperetur ꝛ nascceretur ille de quo ipse pro
cedebat:sed ceteris paribus purioꝛ ꝛ magis
nitens est virginitas deo per votum dicata ꝙ̄
illa que non:vt inferius oñdet.ergo beata vir
go non tm̄ virginitatem seruauit: sed se serua
B turam etiam vouit sub hac conditione.nisi de
us aliter oꝛdinaret sm quod dicit magister in
littera hui⁹ di.c.2.ꝛ hec ꝯditio fuit tā honesta
qꝛ ēt si non fuisset apposita debuisset tamen eē
subintellecta.
¶ Ad pᵐ in oppᵐ dō.ꝙ in auctoꝛitate illa ac
cipitur sterilis ꝓ illa que vacabat concubitui
cōiugali:nec tm̄ ꝯcipiebat. Uel pōt dici ꝙ bea
ta virgo fuit confinium veteris legis ꝛ noue
sicut aur ora noctis p̄cedētis ꝛ diei sequētis.ꝛ
iō fecit votum consonum legi noue:nec tamē
ꝯtrariū legi veteri inquantum conditionez appo
suit. ¶ Ad 2ᵐ ꝛ 3ᵐ dō.ꝙ ex illis verbis oꝛtuz
hūit vilissima heresis Claudianoꝛum dicentiū
beatam virginē post Chꝛisti partum a ioseph
E cognitā:sed illa heresis est oīo irrationabilis
ꝛ directe ꝛ manifeste cōtra catholicam fidez.
ꝙ sit irrōnabil' patet p ea q̄ dicta sunt in coꝛ
poꝛe qōnis. ☞ Et preterea irrōnabilissimū est
opinari ꝙ ex quo fuit coꝛpale templū filij dei
ꝛ pfectū spūale hitaculū spūs sci vacaret opi
bus carnis quod in figura eleganter designat
in Ezechiel.c.44.cum dr. Poꝛta hec clausa
erit:ꝛ non aperietur.ꝛ vir non transiet per eā.
qm̄ dn̄s deus israel ingressus est per eā.eritq̄ꝫ
clausa p̄ncipi.poꝛta ē maria. deus israel Chꝛi
stus.clausura virginitas:p̄nceps Joseph.
¶ Dicendum ergo ad auctoꝛitates ꝙ ibi scri
ptura vocat primogenitum nō post quē alius
F ſꝫ ante quē nullus. Silr̄ dōec.ibi accipit:sicut
cum dicitur in psal. Sede a dextris meis:do
nec ponā inimicos tuos.sca.pe.tuo. per hoc
nō intelligit ꝙ postea nō sedeat:ſꝫ ꝙ vsq̄ꝫ tūc
ꝛ postea. Similiter cū dr̄.nō cognoscebat eā
donec peperit ꝛc̄.intelligēdū est ꝙ nō cogno
uit eaꝫ ante nec postea. ¶ In alia ēt auctoꝛita
te vocantur fratres non illi qui sunt de codez
vtero nati:sed cōsanguinei germani.vn̄ Pau
lus ad Gal.j.dicit.alium aūt aplo℞ vidi nemi
nem nisi iacobū fr̄em dn̄i.ꝛ cōstat ꝙ ille iaco
bus fuit consanguineus germanus Jesu Chꝛi
G sti filius.s.matertere sue. Chꝛistum autem nō
habuisse fr̄es filios matris sue patet in hoc ꝙ
vt hr̄ Jo.19. Moꝛiens matrem suam recōmē
dauit ioanni euangeliste loco filij.cū tm̄ nō eēt
ei⁹ filius:sed nepos:quod non fecisset si alios
filios preter Chꝛistum hūisset. ¶ Ad 4ᵐ dō.
ꝙ ibi nominatus est ioseph pr̄ Chꝛisti putati
ue sm glo.interlineare ibidē.cui cōcoꝛdat il
lud ꝙ dicitur Luce.3. Ipse iesus erat icipiēs
q̄si anno℞.30.vt putabat fili⁹ ioseph. Q. II.

**Secundo** querit vtrum inter Mariam ꝛ io A
seph fuerit pfcm̄ mr̄imoniuz.
Et vī qꝫ non:non est pfcm̄ matrimonium qd̄ ē
ꝯ legem:sed illud mr̄imoniū fuit ꝯ legem: qꝛ
vt dr̄ numeroꝛum vltimo.femine maritos de
cadem tribu accipient. Joseph aūt fuit de tri
bu iuda.ꝛ maria de genere sacerdotali.ergo i
ter eos non fuit mr̄imoniū pfectum. ¶ Item
non est mr̄imonium pfcm̄ qd̄ ꝯhitur ex irrōna
bili cā:sed illud mr̄imoniū fuit ꝯctum ex irra
tionabili cā:qꝛ vt dicit magr̄ circa finem hui⁹
di.ꝯctum fuit vt partus diabolo celaretur. q̄
cā non videt̄ fuisse rōnabilis:qꝛ ꝙuis diabo
lus non possit noscere ea que sūt in mente.non
latent tm̄ eum ea que sunt in coꝛpoꝛe:ergo nō
fuit matrimonium perfectum. ¶ Item ad p
fectum mr̄imonium requiritur cōsensus i car
nalē copulā:qꝛ ad hoc requiritur obligatio
ad reddendum debitum cum ab altero cōiu
ge exigitur:sed beata virgo i carnalē copulā
non consensit:qꝛ vt habitum est in qōne p̄ce B
dēti vouerat virginitatē.ꝛ ꝯstat ꝙ votum suū
non violauit.ergo inter ipaꝫ ꝛ Joseph perfe
ctum mr̄imonium nō fuit. ¶ Itē post pfcm̄
matrimonium non licet sponso sponsā dimit
tere:sed ioseph q̄ꝫuis eēt iustus voluit occul
te dimittere Mariam.vt hr̄ Math.j.ergo in
ter eos non fuit perfectum coniugium.
¶ Cōtra magister huius di.c.3.dicit ꝛ hr̄.27.
q.2.Institutū.§.iuxta hanc di. Inter Mariā
ꝛ Joseph pfcm̄ fuit coniugium. ¶ Item pfe
ctum est coniugium qn̄ cōiuges non tm̄ ꝯsen
tiūt in maritalē societatē ſꝫ etiā in copulā car
nalem:sed sicut dicit magister in littera hui⁹
di.c.2.ꝛ hr̄.27.q.2.§.Cū ergo. Beata v̄go cō
senserit in maritalem societatē ꝛ in copulam
carnalem.ergo inter ipsam ꝛ Joseph perfcm̄
fuit coniugium.
¶ Rn̄deo ꝙ perfectio rei duplex est.quedaꝫ
in eē primo.quedam in esse.2ᵒ. prima in hoc
consistit ꝙ res habet omnia que ptinent ad C
eius essentiam.2ᵃ consistit in quibusdam per
fectionibus non pertinentibus ad essentiam.
☞ Pᵒ mō fuit pfectū mr̄imoniū iter Mariā
ꝛ Joseph.non.2ᵒ:quia non ita pfecte signifi
cauit idiuisibilē vnionem Chꝛisti ꝛ ecclesie ꝛ
humane nature cum diuina persona:sicut ma
trimonium consumatum.vnde dicit magister
huius distin.c.3. ꝙ fuit perfectum: non in si
gnificatione:quia vt infra dicitur.c.matrimo
nium consumatum perfectius vnionem chꝛi
sti ꝛ ecclesie figurat.

D ¶ Ad pᵐ ī oppᵐ dō.ꝙ Maria ꝛ Joseph fue runt de eadē tribu.qꝛ ꝗuis ipa fuerit de gene re sacerdotali ex pte mr̄is:fuit tū de tribu Juda ex pte pr̄is.Christus.n.fuit de tribu Juda vn̄ Apoc.5. Uicit leo de tribu iuda.

¶ Ad 2ᵐ dō.ꝙ mior est falsa.cōtractū eni fuit ex rōnabili.cā.s.vt ptus diabolo celaretur: ꝛ vt Joseph mr̄i ꝛ filio obsequeretur:ꝗ cause tā guntͬ a magr̄o circa finē hui⁹ di. ꝛ ab origene in quadam omel'.sup illud Math.1.Cum eēt desponsata ꝛc.ꝛ vt Joseph eēt testis castitatꝭ eius cā defendens ab infamia suspitionis.quā etiam causam tangit magister vbi pri⁹.ꝛ Ambrosius in omelia quadam super illud Luce

E 1.Missus est angelus:ꝛ etiam ne virginibus sinistra opinione viuentibus relinqueretur ex/cusationis velamen:si mater dn̄i visa fuisset in famata:sicut dicit Ambrosius vbi prius.

¶ Ad illud ergo quod dr̄ ꝙ diabolo non la/tent ea que sunt in corpe.dico ꝙ imo qn̄ꝙ cū appropinquare non potest .diabolus aūt vir gini appropiquare non poterat pp virtutē sā ctitatis illi⁹.ꝛ iō scire non potuit vtruꝫ virgo cōcepisset cū eam maritū habere videret.

¶ Ad 3ᵐ dō.ꝙ ad pmā mr̄imonij perfectio/nem nō reqrit̄ ꝯsensus in carnalē copulā,nisi implicite ꝛ sub cōditione.s.si alter coniunx eā

F exegerit:ꝛ si deus debitum reddendi nō rela/xauerit:ꝛ sic beata virgo in carnalem copulā consensit:nec ī hoc piculo se exposuit:nec suo voto in aliquo derogauit:qꝛ diuina inspiratio ne certificata fuit ꝙ Joseph ab ea nunꝗ exi/geret carnalem copulam.ꝛ ꝙ si Joseph exige ret deus eā a debito absolueret reddēdi:ꝛ sic intelligitur auctoritas allegata 2° ad scd̄am partem.qō pꝫ qꝛ postꝗ dictuꝫ ē.cōsensit i car nalem copulam.statim subiungit:non illā ap petendo:sed diuine inspirationi i vtroꝗ obe diendo. ¶ Ad 4ᵐ dō.ꝙ ioseph nūꝗ voluit eam dimittere quo ad sepationē vinculi : sed aliqn̄ timuit simul cum ea manere forte aliꝗ suspitione motus:quē timorē ꝛ quaꝫ suspitio nem admonitione angeli deposuit.

Articulus. III.



Onsequenter qrit̄ de 3. prin/cipali.Et circa hoc querunt̄ 2.℣ P° vtrum ex causa in/honesta possit ꝯhi mr̄imoniū ℣2° vtrum tale matrimoniū

A sit bonum. Questio. I.

Primo oñdo ꝙ ex inhon esta causa non possit ꝯhi mr̄imonium .nulla cō iunctio procedēs ex inhon esta cā est a deo .ꝫ omne matrimonium est a deo. vnde Math. 19.Quod deus coniunxit homo non separet. ergo matrimonium ꝯhi non pōt ex ihonesta causa. ¶ Item in administratione cuiuslibet sacri requiritur ecclesie intentio:sed ꝯhēs ma trimoniuꝫ ex inhonesta causa nō seruat eccle sie intentionē:ergo nō pōt ꝯhi ex ihōesta cā.

¶ Cōtra.vt hr̄ gen̄.29.Jacob ꝯxit cū Rache le quia diligebat eam propter eius pulchritu dinem:sed dilectio mulieris pp eius pulchri/tudinem est inhonesta causa cōtrahendi ma B trimonium.ergo ꝛ ex inhonesta cā pōt ꝯhi.

¶ Rn̄deo cā finalis ꝯhendi matrimonium duplex est:quedam p se.s.illa pp quā mr̄imo/nium fuit institutum que duplex est.pma ,plis procreatio.2ª fornicationis euitatio:sicut di/cit magister hui⁹ di.c.3.ꝛ he cause semp sunt honeste.quedam p accidens.s.ex itentione ꝯ/hentis:que multiplex est.quedam.n.sunt ho/neste:qdā inhoneste.ꝛ iste non habent nume rum determinatum.qꝛ sicut dicit phs.2° phy. cāe p accn̄s sunt idefinite.Dico ergo ꝙ loqn do de causa per se:ex cā inhonesta non pōt cō trahi mr̄imonium.pōt tn̄ ex cā p accidēs.cau se.n.per accn̄s in effectu non faciunt essentia/lē transmutationē nisi mediāte aliqua cā p se.

¶ Ad pᵐ in oppᵐ dō.ꝙ de coniunctione ma C trimoniali ex inhonesta causa possumus loq dupliciter:aut ratione actionis ꝯhentis : aut ratione vinculi ex illa actione prouenientis:qō vinculum est matrimonium.Jn ipsa autē acti one duo sunt.s.essentia actionis:ꝛ deformitaꝫ eius.essentia a deo est.deformitas aūt non. ꝛ qꝛ ex illa actione sub rōne qua essentia est :nō sub ratione qua deformis causatur matrimo/nij vinculum:qꝛ sicut dicit Dionysius.4.c.de di.no.longe vltra medium.Malum non opa tur nisi in virtute boni:iō mr̄imoniale vinculū ex illa actione causatum a deo est. ¶ Ad 2ᵐ dō.ꝙ non est necessaria intētio ecclesie in spe ciali:sed sufficit in generali.ꝗuis autem con/trahens matrimoniuꝫ ex inhonesta causa nō obseruet ecclesie intentionem in speciali .ob/seruat eam tamen in generali in hoc ꝙ inten/dit verum contrahere matrimonium. Q.II.

A Secundo queritur vtrum matrimoniuꝫ ex inhonesta causa contractū sit bonum.Et videtur ꝙ non. Phs.2° topiᵐ. Quoruꝫ generationes male.ꝛ ipsa mala: sed matrimonij contracti ex inhonesta causa est generatio mala.ergo ipsum est maluꝫ. ¶ Itē Boetius.2.li.topiᵐ. Cuius finis bon⁹ est ipꝫ quoꝗ bonum est.ergo a simili cuius finis ma lus est ipsum malum est.Sed matrimonij cō/

tracti ex ihõesta cã ẽ finis mal⁹.ğ ipm ẽ malũ.
B ¶ Cõtra.magr̃ hui⁹ di.c.vltimo dicit ꝙ licet
fine non bono ꝯtrahat̃ coniugiũ qñ spẽs ꝯtra
hentis mouet aĩm.cõiugiũ tñ bonũ ẽ:qꝛ vita
mala vel itẽtio alic⁹ puersa ñ cõtaminat sacr̃z.
¶ Rñdeo ꝙ ipsum matrimoniũ ex ihonesta
causa cõtractũ est bonũ:qꝛ mala actio ꝯtrahẽ
tis non cãt matrimoniale vinculum rõne sue
deformitatis rõne cuius est mala sed per suã
essentiã rõne cuius est bona. ⁊ iõ sicut bona ẽ
proles ꝑ fornicationem genita.qꝛ non genera
C tur ꝑ deformitatem actionis:sed per ei⁹ essen-
tiam:sic bonum est mr̃imoniũ ex ihonesta cã
ꝯtractũ.peruersitas.n.in actione ꝯ̄hentis de-
honestat ꝯtrahentẽ:nõ matrimonium.
¶ Ad p^m in oppo^m dõ.ꝙ illud verbũ phi in-
telligendum est de generatione que sub ratio
ne qua mala est geniti cã. ¶ Ad 2^m dõ.ꝙ illõ
verbum Boetij intelligendum est de fine ꝑ
se.matrimonij ãt finis ꝑ se semper ẽ bonus.

**Circa** litterã Si diabolus transfigurans se in angelum lucis credatur bonus
D non est periculosus.quod intelligendum est
si credens vltra non procedat:qꝛ ille est error
non iuris:sed facti:sed si vltra procederet ado
rando ipsum.vtpote si ille diceret se esse Chri
stum caderet in idolatriam.nisi ipsum adora
ret sub hac cõditione si est Christus.Nõ in he
reticorum sectam:sed in integritatẽ fidei quã
ille hereticus se mentiebatur habere. supple
diceret ꝯsentire:quod verum est si illi hereti-
co dicenti se esse Augustinum:ille fidelis assẽ
tiret in gnãli dicens se assentire de fide sicut il
le:si aũt ille heret ͥus aliqua predicaret con-
tra fidẽ ⁊ alius illi ꝓdicationi assentiret nõ ex
E cusaret ab errore.⁊ maxime si predicaret ꝯ̄ ali
quẽ illorum articulorum quos q̃libet fidelis
vsuz hñs li.ar.tenet̃ credere explicite.Ne vt
adultera dãnaret̃.sicut.n.dr̃ Leuit.21.Sacer-
dotis filia si deprehensa fuerit in stupro:⁊ vio
lauerit nomen patris sui flammis exuretur.
beata ãt virgo vt supi⁹ visum est ex altera par
te erat de genere sacerdotali:⁊ iõ si iudei vidis
sent eam pregnantem ⁊ non maritatã voluis-
sent eam condemnare credentes ꝙ ex forni-
catione vel adulterio concepisset.



¶ De tribus bonis coniugij. Dist. XXXI

Ost hec de bonis coniugij que sint:⁊ qualiter coituz excusent:dõm ẽ:Tria sũt principaliter bona coniu
gij.vnde aug.Nuptiale bonum tripar-
titum est.s.fides:proles:sacramentum.
In fide attenditur:ne post vinculũ cõiu
gale cum alio vel alia coeatur.In prole
vt amanter suscipiatur:religiose educe
tur. In sacramento vt coniugium non
separetur:⁊ dimissus vel dimissa nec cã
prolis alteri coniugatur.

¶ De duplici separatione.

Eparatio ãt gemina est corpo
F ralis.s.⁊ sacramentalis. Corpo
raliter possunt separari causa
fornicationis:⁊ ex cõi cõsensu cã religio
nis siue vsqꝫ ad tẽpus siue vsqꝫ ad finez
Sacramentaliter vero separari nõ pos
sunt dum viuunt:si legittime ꝑsone sint.
Manet enim vinculum coniugale iter
eos etiam si alijs a se discedentes adhe-
serint.Unde aug.Usqꝫadeo manent i-
ter viuentes semel inita iura nuptiaruz
vt potius sint inter se coniuges etiam se
parati q̃ꝫ cum alijs quibus adheserunt.
Item Manet inter viuentes quoddaz
cõiugale vinculuz:quod nec separatio:
nec cum altero copulatio possit aufer-
re.Sicut apostata aĩa de coniugio xp̃i
recedens:ẽt fide ꝑdita sacramẽtũ fidei
nõ amitit:qđ lauacro regenerationis ac
cepit.Redderetur.n.redeunti si amisis
set abscedens.Habet aũt hoc qui reces
serit ad cumulum supplicij:non ad me-
ritum premij.Item Quibus placuit ex
consensu ab vsu carnalis cõcupiscentie
in perpetuum continere:absit vt vincu
lum inter illos coniugale rumpatur:im
mo firmius heret quo magis ea pacta
secuz gerit:que carius concordiusqꝫ ser
uanda sunt:non voluntarijs corporum
nexibus:sed voluntarijs animorum af-
fectibus.Et attende ꝙ tertium bo-
num coniugij dicitur sacramentum
non ꝙ sit ipsum coniugium:sed qꝛ eius-

dem rei sacre signum est.i.spiritualis ꝛ inseparabilis cōiunctiōis christi ꝛ eccl'e
¶ Hec tria non assunt omni cōiugio.

E Et est sciendū ab aliquibus cōtrahi coniugium vbi hec tria bona non comitantur. Deest enim fides vbi vir cū alia: ꝛ mulier cū alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adheret vt ex eo si assit: āplius commēdetur coniugium. Si non assit: non inde annihiletur. Que.n. adultera est nō ideo coniunx non est. immo si coniunx non esset: adultera non foret. Quod cū fit: culpa committitur: sacramentū vero non cassatur. Bonum quoq; prolis non omnibus adest coniugibus. Quidā enim pari voto continentiam seruant: alij pro etatis ōfectu vel alterius rei cā generare non valent. Nec omnes illi ēt qui prolem recipiunt bonum prolis habent. Nam bonum prolis dicitur non ipsa proles: sed prolis spes que ad religionem non refertur: immo ad hereditariam successionem: vt cum quis heredes terrene possessionis habere desiderat: sed spes ac desiderium quo proles ad hoc queritur vt religione informet. Multi ergo prolem habent qui tamen bono prolis carent: nec ideo tamen coniugium esse desinit. sacramentum vero ita inseparabiliter coniugio heret legitimarum personarum: vt sine illo coniugium non esse videat: quia semper manet inter viuentes vinculum coniugale: vt etiam interueniente diuortio fornicationis causa coniugalis vinculi firmitas non soluatur. Ubi vero nō inter legittimas personas contrahitur coniugium non adest illud bonum quod dicitur sacramentum: qꝛ potest solui taliū copula: de quibus post dicetur. Q: vero coniugium sit inter eos qui coniugali affectu non tamen gratia prolis: sed explende libidinis conueniunt: nec fornicarij sed coniuges appellentur ostendit Aug. inquiens. Solet queri cum masculus ꝛ femia: nec ille marit⁹: nec illa vxor alterius: sibimet non filiorum procreādorum: sed ꝓ incontinentia solius concubitus causa copulantur ea fide media: vt nec illa cum altero: nec ille cum altera faciat id: vtrum nuptie sint vocāde? Et potest fortasse non absurde hoc appellari connubium: si vsq; ad mortem alicui⁹ eoꝝ id inter eos placuerit: ꝛ ꝓlis generationem q̄uis non ea cā coniuncti sūt: nō tn̄ vitauerint: vt vel nolit sibi nasci filios: vel etiā opere malo aliquo agant ne nascantur. Ceterum si vel vtrūq; vel vnū horum desit: non inuenio qūo has nuptias appellare possim⁹ Etenim si aliquā sibi ad tempus adhibuerit donec aliquam dignam honoribus aut suis facultatibus īueniat: quā in coniugio adducat: aīo ipso adulter ē: nec cum illam quā cupit īuenire: sed cū ista cum qua sic cubat: vt cū ea non habeat maritale ꝯsortiū. Ecce ꝯiuges dn̄r qui solius concubitus causa cōueniunt: si tamen prolis generationē aliquo malo dolo non vitent.

¶ De his qui ꝓcurāt venēa sterilitatis.

Q Qui vero venena sterilitatis ꝓcurant: non coniuges sed fornicarij sunt. Unde Augu. Aliquādo eousq; peruenit hec libidinosa crudelitas vel libido crudelis: vt etiam venena sterilitatis ꝓcuret: ꝛ si nihil valuerit conceptos fetus īter viscera aliquo mō extinguat vel fundat: volendo prolem suā prius interire q̄ viuere: aut si ī vtero viuebat: occidi anteq̄ nasci. Prorsus

si ambo tales sint cõiuges non sunt: ꝛ si ab initio tales fuerunt non sibi per con nubium sed per stuprum potius conue nerunt. Si vero ambo tales nõ sunt au deo dicere: aut illa quodammodo ẽ ma riti meretrix: aut ille adulter vxoris.

¶ Quando sunt homicide qui procurãt abortum.

b Ic queri solet de his qui abor tum procurant qñ iudicenẽ ho micide vel non? Tunc puerpe rium ad homicidium ptinet: quãdo for matum est ꝛ animam hꝫ: vt aug. super exod. asserit. Informe antẽ puerperiũ vbi non est anima viua: lex ad homici dium ptinere noluit. Dicit etiam augu. ꝙ informe puerperium nõ hꝫ animam. iõqꝫ mulctatẽ pecũia: nõ redditur aĩa: ꝓ aĩa: sed iam formato corpori aĩa datẽ: nõ in ↄceptu corporis nascitur cũ semĩe de riuata. Nam si cum semine: ꝛ aĩa existit de anima tunc ꝛ multe anime quotidie pereunt: cum semine fluxu non ꝓficit natiuitati. Primum oportet domuꝫ cõ pagiari: ꝛ sic habitatorẽ iduci. Cũ ergo lineamẽta ↄpacta ñ fuerĩt: vbi erit aĩa? ¶ Itẽ Hiero. ad algasiam. Semĩa pau latim formantur in vtero: ꝛ tandiu non reputatẽ homicidiũ: donec elementa cõ secta suas imagines membraqꝫ suscipi ant. His apparet tunc eos homicidas esse: qui abortum procurant: cũ forma tum est ꝛ animatum puerperium.

¶ De excusatiõe coitus qui fit per hec bona.

c Um ergo hec tria bona in ali quo coniugio simul cõcurrunt: ad excusationem coitus carna lis valent. Qñ. n. seruata fide thori cau sa prolis coniuges conueniunt: sic excu satur coitus vt culpam non habeat. Qñ vero deficiente bono prolis: fide tñ seruata conueniunt cã icõtinentie: non sic excusatur vt non habeat culpam: sed venialem. Unde aug. Coniugalis con cubitus generandi gratia: non habꝫ cul pam. Cõcupĩe vero satiande: sed tñ cũ cõiuge: pp thori fidem venialem habet culpam. Item. Hoc ꝙ coniugati victi cõcupiscentia vtuntur iuicẽ vltra neces sitatem liberos procreandi: ponam in his pro quibus quotidie dicimꝰ. Dimit te nobis debita nostra ꝛc. Ubi autẽ hec bona desunt fides. s. ꝛ proles. non vi detur coitus defendi a crimine. Unde in sententiolis sexti pitagorici legitur. Omnis ardentior amator proprie vxo ris adulter est. Item Hieronymus. Sa piens iudicio amat coniugem: non affe ctu: non regnat in eo impetus volupta tis: nec preceps ferẽ ad coitum. Nihil ẽ fedius ꝙ̃ vxorem amare quasi adulte ram. Qui dicunt se causa humani gene ris vxoribus iungi: imitentur saltẽ pe cudes: ꝛ postꝙ̃ venter vxoris intumue rit: non perdant filios: nec amatores se vxoribus exhibeant: sed maritos. Ideꝫ In matrimonio opera liberorum con cessa sunt: voluptates auteꝫ que de me retricum amplexibus capiuntur: i vxo re damnate.

¶ De indulgentia apostoli quomodo sit accipienda.

s Ed si concubitus qui fit causa prolis culpa caret: quid aposto lus scdm indulgentiam permit tit? ita enim ait. Hoc autem dico scdm indulgentiam. Cui enim prestatur ve nia nisi culpe? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatuꝫ: sed vt predictuꝫ est: idulgentia alia est ↄcessiõis. Egerat apls de nuptijs ꝛ de

carnali coitu ꝛ ad vtrunqꝫ rettulit illō. hoc autem dico scōm idulgentiam. Indulgentur.n.nuptie scōm concessionē ꝛ concubitus nuptial' q fit tn̄ causa prolis. Concubitus vero q est p̄ter necessitatem generandi:ob incontinentiam indulgetur scōꝫ pmissionē:qꝛ ibi ē aliqua culpa:sed leuis. Jdeoqꝫ non iubet̄ nec ɔceditur:sed pmittitur: qꝛ nō est laudabilis sed venial'. De hoc augusti. sic ait. Forte aliquis dicet:si veniam concessit apl's.ergo peccatum sunt nuptie:cui.n. venia nisi peccato conceditur. Plane qd infirmitati permisit scōm veniam: audeo dr̄e peccatum eē. veniam nāqꝫ ɔcedens apl's concubitum attendit coniugatorum:vbi est incōtinentie malum Jncontinentie malum est qꝛ vir cognoscit vxorem etiam vltra necessitatem ꝓcreandi liberos: sed ꝛ ibi est nuptiarum bonum. Non.n.qꝛ incontinentia malū est:iō ɔiugium:vbi ē cōcubitus preter ītentionem generationis nō est bonuꝫ: non pp illud malum culpabile ē hoc bonum:sed illud malum fit veniale pp bonum nuptiale. Quod non reprehendit apl's:sed malum incōtinentie. Jteꝫ. Cōcubitum qui non fit cā ꝓlis:nuptie non cogunt fieri:sed impetrant ignosci.si tn̄ non ita sit nimius vt īpediat tempora q̄ orationi debentur: nec īmutentur in eū vsū q est cōtra naturam. Cōcubitus enim necessarius causa generandi īculpabilis:ꝛ solus ipse nuptialis est. Jlle vero qui vltra necessitatem progreditur non rationi sed libidini obsequit̄:ꝛ hūc non exigere:sed reddere coniugi ne fornicetur ad cōiugē ptinet. Si vero ambo tali concupīe subiguntur: ꝛ rem faciunt que non est nuptiarum:cuius delicti non sunt nuptie hortatrices sed deꝓcatrices. Decus quidem coniugale ē castitas procreandi ꝛ reddendi carnalis debiti fides. Hoc ē opus nuptiaruꝫ: qd ab oī peccato defendit apl's dicens. Non peccat virgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit generandi ītentiōe cōcubitus:q proprie nuptijs ē imputādus est. Quid scōm vēiam ɔcedit apl's: nisi qꝛ ɔiuges debitum carnis exposcūt nō ꝓpaginis volūtate:sed libidinis voluptate? Que tn̄ voluptas n̄ pp nuptias cadit in culpam:sed pp nuptias accipit veniam. Jmmoderata ergo ꝓgressio: scōm veniam concedit̄. Quocirca ꝛ hic laudabiles sūt nuptie:quia etiā illud qd nō pertiet ad se:ignosci faciūt pp se. Nō enī cōcubit' ē quo seruit̄ ɔcupīe. agitur vt ipleatur fetus quē postulant nuptie. Oīo ergo ī genere suo nuptie bone sūt: qꝛ fidē thori seruant: ꝛ ꝓlis suscipiende cā vtrūqꝫ sexū cōmiscēt ꝛ īpietatē separationis horrent. Scitati ēt ɔiugij nec cōiunx īfidelis obesse p̄t:sed potius fidelis prodest īfideli: vt apl's docet. Ex his oñditur qꝛ coniuges q cā ꝓlis tn̄ conueniunt vel qui exigentibus debitum reddunt:defendit a peccato sanctitas coniugij bonūqꝫ nuptiale. Si.n.absqꝫ peccato non posset fieri cōcubit' cōiugalis nō p̄cepisset dn̄s post diluuiū eos copulari dicens. Crescite ꝛ multiplicamini:cum iam sine carnali concupiscentia non possint commisceri.

¶ Qꝛ non omnis delectatio carnis peccatum est.

S Ed forte aliquis dicet oēm carnis concupiscentiā ꝛ delectationē que est in coitu malam eē ꝛ pctm̄:qꝛ ex pctō ē ꝛ inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam sp malā eē:qꝛ feda est pēa pcti:ꝫ nō sēp pctm̄ ē. Sepe.n. delectatur vir sanctus scōm carnē ī aliqua re:vt r̄gescēdo p' laborē.

edendo post esuriem:nec tamē talis de lectatio est peccatū: nisi sit imoderata. Sic ⁊ delectatio que fit in coitu cōiuga li:cui assunt illa tria bona a peccato de fenditur. Uidetur tamē Bea. Greg. ali ter sentire.s. ꝙ sine peccato nō possit fie ri carnalis cōmixtio dicēs. Uir cū pro pria coniuge dormiens:nisi lotus aqua ecclesiam itrare non debet. Quāuis di uerse hominū natiōes de hac re diuersa sentiāt: ⁊ alia custodire videātur. Ro manorum tamē semp ab antiquioribus vsus fuit:post āmixtionem ꝓprię coniu gis:⁊ lauacri purificationeꝫ querere: ⁊ ab igressu ecclesie paululū temperare. Nec hoc dicētes culpaꝫ deputamus eē coniugiuꝫ:sed qꝛ ipsa licita admixtio cō iugis sine voluptate carnis fieri nō pōt a sacri loci igressu eē abstinendū:qꝛ vo luptas illa sine culpa nullatenus eē pōt.

¶ Determinat auctoritatem.

b Hoc autem ne predictis obuiet intelligendū est in illis qui grā ꝓlis coueniunt: quorūꝫ volup tas nō est sine peccato:⁊ vix aliq reperi ri possunt adhuc amplexus carnales ex perientes:qui nō iterdum cōueniāt pre ter itentionem ꝓcreāde ꝓlis. Hoc auteꝫ quotiēs fit:ab igressu ecclesie abstinen dum est. Et ꝙ ita itelligendū sit. Greg. cōsequēter ostēdit. Si quis vero in sua cōiuge:nō cupidine voluptatis raptus: sed tm̄ creandorūꝫ liberorum grā vtit: iste ꝓfecto siue de igressu ecclesie: siue ď sumēdo corpis dominici mysterio: suo est iudicio relinquēdus:quia ꝓhiberi a nobis nō debet accipere qui in igne po situs nescit ardere. Cū vero nō amor ꝓ creande sobolis:sed voluptas dominat in opere cōmixtionis:habeāt coniuges etiam de cōmixtiōe sua quod defleant. Tunc aūt vir qui post āmixtiōem con iugis lotus aqua fuerit etiā sacrā cōmix tionem valeat accipere:cū ei secunduꝫ prefinitam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

¶ Superius determinauit magr̄ de mr̄imo nio quo ad cām formalē ⁊ efficientē. Hic de terminat de ipso quo ad finaleꝫ que in bonis mr̄imonij consistit. ¶ Et diuidit in tres. ꝑ p° determinat de trib⁹ bonis cōiugij cōmuniter. ꝑ 2° de bono fidei in quocūqꝫ coniugio specia liter de se. ibi. Sciēdum est etiā. ꝑ Tertio ď bo no fidei in coniugio patrum antiquoꝝ specia lissime di. 33. ibi. Queritur hic ď antiqs. ¶ p° in duas. ꝑ p° determiat que ⁊ quot sint ꝯiugij bona. ꝑ 2° qualiter excusant ꝯcubitum cōiuga lē. ibi. Cum igitur. ¶ p° in tres. ꝑ Prio osten dit ꝙ tria sunt cōiugij bona. ꝑ 2° ostēdit ꝙ in tentio vitāde ꝓlis in cōtrahēdo mr̄imonium excludit. ibi. Qui vero venena. ꝑ Tertio ostē dit icidenter quādo iudicandi sunt homicide qui ꝓcurāt aborsum:⁊ quādo nō. ibi. Hic que ri solet. ¶ Illa pars que ibi icipit. Cum igit. diuidit in tres partes. ꝑ Primo osidit quan do hec bona excusant ꝯiugalē ꝯcubituꝫ: ⁊ qñ nō. ꝑ 2° opponit in contrarium. ibi. Sed si cō cubit⁹. ꝑ Tertio ostēdit quomō ambo coniu ges se habēt ad actū illum. ibi. Sciēduꝫ etiā. ¶ Scōa in tres. ꝑ Primo oppōit per aucto ritatem. ꝑ 2° per rōnem ⁊ Gregorij auctorita tem. ibi. Si forte. ꝑ Tertio ponit auctoritatis Grego. determinationem. ibi. Hoc autem.

Articulus. 1.



Circa hanc di. querenduꝫ ē pncipaliter de tribus ꝑ Primo de bonis mr̄imo nium excusantib⁹. ꝑ 2° de eo rū habitudine ad mr̄imoniū. ꝑ 3° de modo excusandi ꝑ il lam coniugalē cōcubitū. ¶ Circa pmum que runtur tria. ꝑ Primo vtꝝ debeāt esse aliq bo na matrimoniuꝫ excusantia. ꝑ Secundo que ⁊ quot sunt. ꝑ Tertio quod est pncipalius in ter illa.

Questio. 1.

b Jc querit vtrum electis tūc assit memoria precedentiū malorum sicut bonorum? Quedā auctoritates vidētur bonos tradere nō habituros tunc memoriā precedentiū malorum. i. peccatorū vel tormentorū. Ait eni Esaias. Ego creo celos nouos et terrā nouā: et non erūt in memoria priora: et non ascēdēt super cor: sed gaudebitis in eternū. Item. Obliuioni tradite sunt angustie priores: et abscōdite ab oculis nostris. Que de futuro exponēs Hiero. ait. Obliuiōi tradētur priora mala: quia forsitan in futuro pristine cōuersationis memoria omnino delebitur succedētibus bonis eternis: ne sit pars malorum prioris angustie memorari. Sed hec et similia possunt accipi sic vt nō excludant memoriā precedentiū malorū: sed ex ea molestiā et lesionē amoueant. Non enim eorum memoria sanctos cōtristabit vel eorū beatitudinē obfuscabit: sed gratiores deo reddet. Unde sup ps. 87. ait Grego. Quo mō in eternū misericordias domini canit qui miserie nō meminit? Quo mō autē plena beatitudo si memoria reatus mētem tāgit? Sed sepe leti tristiū meminimus: et sani dolorū meminimus sine dolore: et ideo amplius leti et grati sumus. Ex his apparet quod si priorū malorum memoriā sancti habebunt in futuro: nō eis tamē erit ad penā vel glorie derogationē: sed ad gratiarū actiōem. Si vero querit vtrum peccata que fecerunt electi pdeant tūc in notitiam omniū: sicut mala damnandorū omnibus erunt nota? Nō legi hoc expressum in scriptura. Unde non irrationabiliter putari potest: peccata hic per penitentiā tecta et deleta: illic etiā tegi alijs. Alia vero cūctis propalari.

¶ De his qui viui reperientur.

q Ueri solet vtrū illi quos viuos inueniet xps nūq; oīno morituri sunt: an ipso tēporis pūcto quo rapientur obuiam xpo: ad imortalitatē mira celeritate sint transituri? Non eni dicēdum est fieri nō posse: vt per aerē in sublime portētur in illo spacio: et moriantur et reuiuiscāt. Ad hūc autem sensum quo estimemus illos in paruo spacio: et passuros mortē et accepturos immortalitatē apostolus nos vrgere videtur vbi dicit. Omnes in xpo viuificabimur: et alibi. Quod seminas nō viuificatur: nisi prius moriatur. Cur autē nobis icredibile videatur illā multitudinem corporū in aere quodāmō seminari atq; ibi protinus imortaliter et icorruptibiliter reuiuiscere: cum credamus in ictu oculi futurā resurrectionē: et in memoria sine fine victura: tāta velocitate rediturum antiquissimorū cadauerum puluerem. Sed vellē de his potius audire doctiores. Si ergo sanctos qui reperiētur xpo veniēte viuētes: eiq; obuiam rapiētur: crediderimus in eodē raptu de mortalibus corporibus exituros: et ad eadem mox imortalia redituros: nullas in verbis apostoli patiemur angustias: generaliter accipientes illud quod dcm̄ est. Omnes quidē resurgemus. s. tā boni q̄ mali: sed nō omnes imutabimur. s. in solennitate resurrectionis. De hoc etiam Ambro. ait. In ipso raptu eorū qui viui reperiētur mors erit et resurrectio: vbi anima quasi per soporē egressa de corpore: eidē in momēto reddatur. Econtra vero scribēs ad marcellam Hiero. testari videtur: dicens quosdam in fine

seculi adueniēte christo non esse moritu
ros: sed viuos repertos in imortalitatē
repente mutandos. Horum aūt qđ verius
sit: nō est humani iudicij diffinire.

¶ Quomodo itelligitur xp̄s iudex viuo
rum et mortuorum.

Is autem adijciendum est du-
b pliciter itelligi quod dr̄. Chri-
stus iudicaturus viuos et mor-
tuos. Aut enī viui accipiūtur qui in ad-
uentu eius viui reperientur: licet infra
ptu moriantur: et mortui qui ante de-
cesserant: vel viui et mortui quidem ac
cipiuntur iusti et iniusti.

¶ Quo modo omnes icorrupti.

Umqz ex predictis sane credi
c valeat oēs resurrecturos: credē
dum est etiā ꝙ omnes resurgēt
icorrupti: non vtiqz ipassibiles: qr mor
tem patiētur eternam: sed sine diminu
tione mēbrorum omnia humani corporis
habituri mēbra: nec non gloria ac spe-
cie impassibilitatis iduentur.

¶ Superius determinauit magister de sancti-
ficatione que recipitur in sacramentorum su-
sceptione. Hic determinat de cōplemento san
ctificationis quod recipient electi in resurre-
ctiōe. ¶ Et diuiditur in partes. 4. ⁋ Primo
determinat de resurrectione mortuorum. ⁋ Se-
cundo de statu eorum ante resurrectionē. dist.
45. ibi. Preterea sciendum est. ⁋ Tertio de iu
dicio resurgentium. dist. 47. ibi. Solet etiam
queri. ⁋ Quarto de remuneratione iudicato-
rum. distin. 49. ibi. Post resurrectionem ꝟo.
¶ Prima in duas. ⁋ Primo determinat de
conditionibus resurrectionis. ⁋ Secundo de
conditionibus resurgentium. distin. 2. s. ibi. So
let autem. ¶ Prima in duas. ⁋ Primo pro-
cedit veritatem narrando. ⁋ Secūdo iciden-
tes dubitationes soluendo. ibi. Hic queritur.
¶ Prima in tres. ⁋ Primo ostendit resurre
ctionem futuram. ⁋ Secundo ei⁹ causam. ibi.
Causa enim. ⁋ Tertio eius horam. ibi. Media
autem nocte. ¶ Illa pars que incipit ibi. Hic
queritur. diuiditur in. 4. secundū. 4. dubitatio
nes quas soluit. ⁋ Prima est vtrum electis ade-
rit memoria precedentium malorum sicut bo
norum. ⁋ Secunda vtrum illi quos xp̄s in-
ueniet viuos morituri sint vel non. ibi. Queri
solet. ⁋ Tertia quo modo itelligitur xp̄s iudi
catur⁹ viuos et mortuos. ibi. His aūt. ⁋ Quar
ta vtrum omnes resurgent cum omniū mem-
brorum corporis humani integritate. ibi. Cūqz
ex predictis.

Articulus. 1.


Irca hāc distinctionē que-
rendum est principa-
liter de. 7. ⁋ Primo de resur
rectionis futuritiōe. ⁋ Secū-
do de his q̄ resurgent. ⁋ Ter
tio de causa effectiua resurre-
ctionis. ⁋ Quarto de tempo
re quo fiet resurrectio. ⁋ Quinto de resurre-
ctionis termino a quo. ⁋ Sexto de resurgen-
di modo. ⁋ Septimo de cognitione conscien
tiarum in resurrectione. ¶ Circa pͥmum que-
runtur tria. ⁋ Primo vtrum anime vnientur
iterum corporibus. ⁋ Secundo vtrum eisdē
corporibus in numero. ⁋ Tertio vtrum per il
lam vnionē resurget idē hō in nūero. Qō. 1.

Primo ostendo ꝙ anime non vnient ite
rum corporibus. 2. Reg. 14. Oēs
morimur et quasi aque dilabimur in terrā que a
non reuertuntur. ergo post mortem anime ad
corpora non reuertentur. ¶ Item Ecclesi. 3°.
Unus est interitus hominis et iumentorum et
equa vtriusqz conditio: sed anime iumentorū
corporibus iterū non vnientur. ergo nec ani
me hominum. ¶ Item algazel. 5. metaphy. c.
4. dicit ꝙ anima que est expers scientiarum et
sordida propter consecutionem voluptatum
cruciatur: quia amissum est instrumentum .s.
corpus sine quo nō potest ꝯsequi illud ad qđ
eam reuocat concupiscentia: et dicit ibidem ꝙ
h est maxima pena eterna: sed hoc non esset si
iterum corpori vniretur. ¶ Item augustinus
10. de ciuitate. cap. 30. Anima data est corpori B
vt bona faceret: sed post mortem non est tem-
pus vacandi bonis operibus corporalib⁹ nec
spiritualibus. ergo inutile esset vt anime re-
unirentur corporibus.

¶ Contra. Anselmus secundo libro Cur de-
us homo. paruū post principium. dicit ꝙ si pri
mus homo nunquam peccasset nūquam mo-
reretur. vnde aperte futura resurrectio mor-
tuorum probatur. quippe si homo perfecte re
staurandus est. talis debet restitui qualis fu-
turus erat si non peccasset: sed non posset esse
resurrectio nisi anime iterum corporibus vni-
rentur. ¶ Item Auicen. 9. metaphysice. capi-
tulo septimo. dicit ꝙ anima habebit corpus
ante resurrectionem.

¶ Ad istam qõnẽ dixerunt aliqui animã nõ
C iterum vniri corporib⁹: q: cum corporib⁹ mo-
riunt. sed contra hoc est quod dicit Saluator
Matth. 10. Nolite timere eos qui occidũt cor
pus. animã aũt non possunt occidere. ¶ Pre
terea. animã rõnalẽ esse naturalr̃ imortalẽ. p-
batum est superi⁹ lib. 2. di. 19. ¶ Alij dixerunt
animas a corporib⁹ separari ⁊ eas manere in-
corruptibiles: sed nũq̃ corporibus reuniri cu-
ius opionis fuisse videt aliquo tempore Por
phiri⁹. de quo refert augu. 10. de ci. c. 29. q cre
bro precipiebat oẽ corpus esse fugiẽdũ vt ani
ma possit cũ deo beata remanere. ¶ Sed cõ-
tra hanc opinionẽ est: q: aĩa nata est vt sit ps
substãtie ɔposite ex corporali ⁊ spũali nã. pars
D autẽ habet de lege cõmuni imperfectũ eẽ extra
totũ. iconueniens autẽ est: vt tã nobilis substã
tia perpetuo careat nãli pfectõe sui eẽ. ¶ Alij
dixerunt aĩas reuniri corporib⁹ etiam bestia-
rum. Unde aug. 10. de ciuitate dei. c. 30. Pla-
tonẽ animas hominũ post mortẽ resolui vsq̃
ad corpora bestiarũ scripsisse certissimum est.
¶ Sed contra hãc opinionẽ est non tm̃ sacra
scriptura: sed etiã philosophia. Unde ⁊ phus
pmo de aĩa redarguit Pictagoricas fabulas
dicẽtes quãlibet animã quodlibet corpus pos
se igredi: q: vt ibidẽ dicit. videt vnũqdq̃ cor-
E pus habere spẽz ⁊ formã ppriã. ⁊. 2. de anima
dicit q nõ contingit animã accipe qõlibz cor-
pus: q: vnusq̃sq̃ apt⁹ nat⁹ est eẽ in ppria mã.
¶ Dicendũ ergo ad qõnem q anime hoium
iterũ humanis corporib⁹ vniẽtur: q: cum ani-
ma nata sit eẽ hũani corporis forma: ⁊ forma
habeat naturalẽ iclinationem ad mãm: anima
naturalẽ iclinationẽ habet ad perficiendũ hu
manũ corpus ⁊ regendũ: sed nulla nãlis icli-
natio est frustra: q: vt di. 3. de anima. natura ni
hil facit frustra. pmo etiã de ce. ⁊ mũ. di q na-
tura non facit aliquod factuz vanum: ⁊ si hoc
verũ est de nã naturata: multo fortius: hoc ẽ ve-
F rum de nã naturãte. hoc est de istitutore crea-
te nature: qui tamẽ ipsaz non naturalr̃ nec de
necessitate: sed libera volũtate istituit. frustra
autẽ ⁊ vane esset in aĩa separata predicta incli
natio. si nũq̃ esset humano corpori iterũ vnien
da: quãuis eni naturalis appetitus beatitudi-
nis in dãnatis remãsurus sit perpetuo icõple-
tus: nec tamẽ est frustra: q: est ad maiorẽ ini-
quitatis in qua obstinati sunt punitiõem: ⁊ p
hoc ad diuine iustitie manifestationẽ. nõ sic ta
men posset dici de iclinatione animarũ ad cor-
pora. si iterũ nũq̃ essent corporibus vniende.
nõ enim potest dici q perpetua puatio cõple-
mentũ illius iclinationis esset pꝑter animarũ
obstinationẽ in peccato: q: hec causa extendi G
non possz ad animas beatas. ⁊ tamẽ ɔueniẽs
est vt similis effect⁹ similis sit causa. ¶ Pre-
terea hoc reqrit vniuersi pfectio. de perfectio-
ne eius. n. est triplex substãtia. s. pure corpora-
lis: ⁊ pure spũalis: ⁊ ex corpali ⁊ ex spũali cõ-
posita. vnde hac parte sue perfectionis caret
vniuersuz perpetuo: si anime a corporib⁹ sepa-
rate nũq̃ corpib⁹ iteruz vnirẽtur: sed nõ pñt
vniri alijs corporibus q̃ hũanis: vt oñsuz est:
Nec potes hãc rõnẽ effugere dicẽdo q cõpo
ra celestia animata sunt: ⁊ ita si nũq̃ anime re
vnirẽtur humanis corporib⁹ non careret vni- H
uersum sua perfectõe: q: vt superi⁹ ostẽsum est
lib. 2. dist. 14. Corpa celestia nõ sunt aĩata.
¶ Ad pm in oppm dõm q in hoc est silitudo:
q: sicut aque dilabũtur ⁊ non reuertunt quo-
usq̃ fuerint ad mare. sic anime separant a cor
porib⁹: nec ad ea de lege cõmuni vsq̃ ad gña
lem resurrectionẽ reuertẽtur. ¶ Ad 2m dõz q
in lib. illo Salomon loqtur more cõcionato-
ris. vnde hoc dicit cõcionãdo non definiẽdo:
vel q̃tum ad illud quod apparet exteriori sen
sui. ¶ Ad 3m dõm q ibi sentẽtia algazel nõ ẽ
tenẽda. ¶ Ad 4m dõ. q ⁊ si anima data sit cor I
pori vt bene operet per ipm: ista tamẽ nõ ẽ to
ta causa: sed etiã vt habeat pfectũ essendi mo-
dum secũdum exigẽtiã sue nature: ⁊ etiã vt re
muneret in ipso: ⁊ vt completũ sit vniuersum.
¶ Preterea anime electorũ aliqua bona ope
ra faciẽt per corpora: que tamẽ nõ habebunt
ratiõem meriti: sed accidẽtalis premij: vt infe
rius ostẽdetur. ⁊ anime damnatorũ ampli⁹ in
corporibus affligentur. Qõ. ii.

**Secundo** querit vtrũ anime vniẽtur eis-
dem corporibus in numero a
quib⁹ separate fuerunt. Et videt q non: q: fm
sententiaz Platonis in Thimeo. qd bona rõ-
ne iunctũ est dissolui nõ ẽ velle dei. g a siti qd A
bona rõne disiũctũ est iterũ cõiungi nõ est vel-
le dei: sz aĩe p mortẽ bona rõne a suis corpib⁹
disiũgunt: q: per diuinã sniam: vt habet gen.
3°. ergo eas iterũ cõiungi eisdẽ corporib⁹ non
ẽ velle dei. ¶ Itẽ Job. 14. Quo mõ si recedãt
aque de mari ⁊ fluuius vacuefact⁹ arescat. sic
homo cũ dormierit nõ resurget. sed fluui⁹ va-
cuefact⁹ ⁊ aridus nũq̃ iterum implet eadem
aqua in numero. ergo silr aĩa a corpore rece-
dens per mortẽ nõ resumet idẽ corpus in nu-
mero. ¶ Itẽ corpora humana p putrefactiõ-
nem resoluuntur vsq̃ ad materiaz pmam: sed
quelibet pars materie pme idifferẽter respicit
quãlibet animã. ergo nulla ẽ rõ quare aĩa ma
gis iterũ vniat corpori facto de parte mãe quã

B informauit quã corpori facto de alia. ¶ Item in resurrectione aīa cõueniēter vniet illi corpori cuius a pncipio creatiōis sue potuisset eē veniēs forma: sed aliquę aīe aliq̄ corpora pficiunt que a pncipio sue creationis potuissent esse aliorū corporū humanorū cõuenientes forme si fuissent corporib⁹ q̄ pficiunt oīno similia excepta sola dr̄ia numerali. g̃ illis corporibus ɔueniēter poterūt vniri in resurrectiōe. ¶ Itē Auic. 3. meta. c. 4. qđ annihilatū est nō reduci tur: sed forme corporū humanorū ad vltimū an nihilanť. qr ad vltimū de illis corporib⁹ nihil remanet nisi mã pma. g̃ ille forme eedē in numero nunq̄ reuertenť: ⁊ ex ɔñti nec eadē i nu C mero corpora. aīe ergo eisdē corporib⁹ in numero nō reunienť. ¶ Itē si figulus vas luteū redigit iu massaȝ: ex eodē luto nunq̄ facit idē vas in numero: q̄uis faciat simile illi: qr figura eadem in nūero nō reuertiť. ergo silr cū corpus humanū resoluiť in materiã pmã: quāuis ex illa possit effici corpus simile pmo: tñ idem in numero non reuertitur.

¶ Cōtra. Boetius de fide xp̄iana versus finem dicit nō solū animas non perire: sed ipsa quoqȝ corpora: que mortis aduētus resoluerat: in statum pstinū futura beatitudine reparari. ¶ Itē Job. 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ rursum circundabor pelle D mea: ⁊ in carne mea videbo deuȝ saluatorem meū. ergo anie resumēt easdē carnes ⁊ easdē pelles: ⁊ a simili eadē ossa. ¶ Itē Eze. 37. ego aperiã tumulos vestros ⁊ educã vos de sepulchris vestris. g̃ illa eadē corpora in numero q̄ sepulta fuerūt suis animab⁹ reunienť.

¶ Ad istã qōnē dixerunt q̄dã hūanas anias nō in sua corpora que dimiserūt: sed i alia noua corpora redire fm q̄ refert Aug. 10. de ci. ca. 30. ¶ Sȝ cōtra. nō ē dubiū quin ɔuenieti⁹ sit animas iterū vniri humanis corporib⁹ que E animauerūt q̄ alijs si possibile est. sed possibile est eas iterū vniri illis eisdē in nūero q̄ animauerūt. g̃ illis ⁊ nō alijs vnientur. q̄ aūt hoc sit possibile declaro sic. Equaliter subiacet potentie conditoris mã postq̄ in eã resolutū est corpus humanū sicut anteq̄ de ea fieret. ergo sic de ea potuit hoc corp⁹ fieri: ita de ea postq̄ in eam resolutū ē corp⁹ pōt per ɔditorē potētiam illud idē corp⁹ in numero fieri. Nec obstat q̄ illud tp̄s qđ fuit ante sui corruptionem nō pōt idem in nūero reduci: qr ipm tp̄us nec qñ ex ipso derelictū sunt de eētia rei. ¶ Dicendū ergo ad qōnē q̄ aīe vnienť eisdē corporibus in nūero a q̄bus sepate fuerūt: aīe. n. separate inclinanť nāliter ⁊ determinate ad illa corpora que animauerunt: q̄uis. n. a pncipio creationis aīa que est hui⁹ corporis forma po F tuisset fuisse cõueniēs forma alteri⁹ corporis similis: tñ ex sui vnione ad hoc corpus: ad ipm determinate nālē ɔhit amicitiã. Exēplū. si ponanť due puelle in oīb⁹ silēs excepto q̄ numero differūt: q̄uis a pncipio indifferēs eēt viro ducere quālibet istarū: tñ vna ducta nō est indifferens ad vtrãqȝ: ⁊ si ambe resurgerent in corruptibili statu iterū nupture magis inclinaret ad illã cum qua familiaritatem cōtraxerat. ⁊ huic ɔcordat Auic. 6. nāliū vel. 5. c. 3. dicēs sic. In subã aīe que icipit esse cuȝ aliquo corpore inest ex pmis pncipijs affectio iclinationis nālis ad occupandū se circa illud ⁊ ad regendū illud ⁊ ꝓuidēdū ei: ⁊ adherendū ei. Et p hec G oīa fit eius ꝓpria ⁊ alienať ab oibus alijs corporibus: sed certū est q̄ per btitudinē completam terminabiť oīs aīe appetitus tã nālis q̄ alius: qr sicut dicit Augu. 13. de tri. c. 5. Beat⁹ nō est nisi q̄ hȝ oīa que vult ⁊ nihil male vult. ergo aīe btē vnienť eisdē corporib⁹ in nūero a q̄bus separate fuerūt: qr ēt vt ostensum est in pcedenti qōne: deus in creatura nō posuit aliquem nālē appetituȝ frustra nec vane. frustra aūt ⁊ vane esset in aīa separata nālis appetit⁹ ad corp⁹ si ei reuniri nō posset: cū g̃ hic nālis appetitus sit etiã in aniabus dānatorū ad illa eadem corpora in nūero q̄ aniauerūt: vt ex dictis accipi pōt: illis eisdē corporib⁹ in nūero H vnienť. ¶ Preterea. rectitudo diuine iustitie exigit vt q̄ participes sunt in demerito vel merito participes sint in pena vel pmio: sȝ aīa ⁊ corpus cui est vnita simul participãt in demerito vel merito. g̃ rectitudo dīne iustitie exigit q̄ silť sint pticipes i pena vel pmio: qđ verū nō eēt nisi aīe reunirenť eisdē corporib⁹ i nūero: in q̄bus demeruerūt vel meruerunt.

¶ Ad pm in oppm dōm q̄ aīa p mortȝ bona rōne seiungiť a corpore vsqȝ ad die iudicij: ⁊ interim nō est velle dei ipam cōiungi: sed tūc bona rōne iterū cōiungentur. ¶ Ad 2m dōm q̄ silitudo est q̄tū ad aliq̄d: ⁊ q̄tū ad aliquid nō: tu aūt arguis ac si p oīa eēt silē. Sile est q̄ I ad hoc q̄ sicut alueus fluuij nō humectať nisi per aquã: sic corpus nō recuperabit vitale humidū quousqȝ iterū vegeteť per aīam: sȝ vt ibidem dr̄. hoc nō erit quousqȝ altereť celū. i. qēscat qđ erit in die iudicij. Quo ad h⁹ aūt ē dissimilitudo: qr q̄uis aqua reuertať ad eūdem alueū i nūero: tñ aqua nō reuertiť eadē in numero: aīa aūt eadē in nūero reuertiť ad idem corp⁹ in nūero. ¶ Ad 3m ⁊ 4m pȝ solutio ex dictis in solutione q̄stionis. ¶ Ad 5m dōm q̄

aliud verbum intelligendum est per naturam. si.n. aliqua sub a annihilaretur diuina potentia eadem in numero reducere posset. vnde Aug.22. de ci. c.20. dicit de carne humana: quod si omnibus perisset modis ne vlla eius materies in vllis nature latebris remansisset. vnde velut ea repararet omnipotens: quod rationabile est: quia ex quo rem aliquam creauit de nihilo: nulla est ratio quare ipsam redactam in nihilum iterum eandem in numero reducere non possit: cum hoc contradictionem nullam includat. minor etiam argumenti est falsa: quamuis enim possibilitas in quam forma que corrumpitur resoluitur: non dicat aliquam actualitatem: non tamen est nihil: sed aliquid transmutabile in actualitatem que est forma: vt ostensum est lib.2.di.15. ¶ Ad 6m dicendum quod non est simile de illo quod operatur per limitatam potentiam: et de illo qui est infinite potentie. Vel potest dici secundum aliquos quod si figulus omnino reducat illius vasis easdem partes in numero ad situm quem prius habuerunt: eadem figura vasis reuertitur: et vas idem numero vt de eisdem asseribus eodem modo compositis vt prius iterum fit eadem archa in numero. Questio. iii.

Tertio queritur vtrum per reunionem anime ad idem corpus in numero resurget idem homo in numero. Et videtur quod non. Apostolus j. Cori.15. declarat hominem resurrecturum post mortem per similitudinem granorum: quod primo moritur postea viuificatur dicens. Quod tu seminas non viuificatur nisi prius moriatur: sed non est idem granum in numero quod primo moritur: et postea viuificatur. ergo nec est idem homo qui moritur et ille qui per resurrectionem viuificabitur. ¶ Item secundum philosophum 2. de generatione: quorum non est incorruptibilis substantia mota: sed corruptibilis: necesse est specie reiterari: numero autem non: sed substantia hominis pro statu presenti est corruptibilis mota. ergo quamuis possit reuerti eadem specie: non tamen numero. ¶ Item non potest resurgere idem homo in numero nisi essentia humana eadem in numero reuertatur: sed per iteratam vnionem eiusdem anime in numero ad idem corpus in numero: eadem essentia in numero non reuertitur: quia anima et corpus non constituunt humanam essentiam nisi coniunctam: sed coniunctio eadem in numero reuerti non potest: quia transijt in preteritum. ergo per iteratam vnionem eiusdem anime ad idem corpus in numero idem homo in numero non resurget. ¶ Item quanto mutationes magis appropinquant ad vnitatem tanto et imini earum magis ad vnitatem appropinquant: sed due generationes in eadem specie magis appropinquant ad vnitatem quam generatio et resurrectio: cum resurrectio sit supernaturalis vt ostendetur: cum ergo duas generationes impossibile sit terminari ad eundem hominem in numero: impossibile est resurrectionem terminari ad illum eundem hominem in numero ad quem terminata fuit generatio.

¶ Contra. Apostolus j. Cor.15. per resurrectionem christi probat aliorum hominum resurrectionem futuram: sed christus resurrexit idem in numero. ergo et quilibet alius homo. ¶ Item Job.19. dicitur. rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum saluatorem meum: quem visurus sum ego ipse et non alius. ergo in eadem carne idem homo resurget.

¶ Ad istam questionem dixerunt quidam quod per iteratam vnionem eiusdem anime in numero ad idem corpus in numero non resurget idem homo in numero: quamuis restituatur idem compositum in numero. quia ex vnione anime ad corpus resultat quedam forma totius que est humanitas que per separationem anime a corpore corrumpitur: et per iteratam vnionem eadem in numero non reducitur: sed resultat alia in eadem specie: impossibile est autem quod sit idem homo in numero nisi habeat eandem humanitatem in numero. ¶ Sed contra hanc opinionem arguitur sic. Damasc. lib.4.c.19. Resurrectio est copulatio rursus anime et corporis. et 2o eius quod dissolutum est et cecidit animalis resurrectio. ergo illud idem in numero resurget quod moritur: sed non tantum moritur corpus per separationem anime ab eo: sed etiam homo. ergo non tantum resurget illud idem corpus in numero quod mortuum est: sed etiam ille idem homo in numero qui mortuus est. ¶ Preterea. diuina prouidentia omnes homines ordinat in suum finem: quia vt ostensum est. li.j. di.39. cuncta subiacent diuine prouidentie. electos.n. ordinat in vltimum finem ratione finalis bonitatis eis debitum: illam bonitatem et illum finem eis conferendo: reprobos vero ordinat in vltimum finem eis debitum ratione finalis malitie: non illam malitiam eis conferendo: quia malitia non est a deo: sed iuste permittendo eos decidere in malitia: et illum finem eis iuste infligendo: ille.n. finis est vltima pena: sed homines non consequuntur vltimum finem suum in hac mortali vita: quia sicut dicit Aug.19. de ci. c.j. Illud est finis boni: propter quod appetenda sunt cetera. ipsum autem propter seipsum: et illud est finis mali propter quod vitanda sunt cetera. ipsum autem propter se ipsum. et paruum post. fines isti sunt summum bonum et summum malum: que sunt .s. perfecta consecutio summi boni: et perpetua obligatio ad perfectam eius carentiam: homines autem in hac mortali vita: nec perfecte consequuntur adeptionem summi boni nec perfecte eius adeptione priuantur: homo etiam non consequitur finem suum in morte: quia secundum philosophum 2. physicorum mors non est homini finis propter quem factus est: immo secundum ipsum hoc dicere est derisorium. homines ergo consequentur suum vltimum finem post mortem. non consequentur autem finem suum quamdiu non sunt: homines autem qui mortui sunt nunquam erunt homines nisi resurgant: nec sunt entes vel existentes: quamuis anima et prima materia que sunt partes hominis maneant. ergo de

G necessitate sequitur quod illi idem homines in numero qui mortui sunt resurgent: aliter nunquam consequerentur ultimum suum finem. ¶ Dicendum ergo ad questionem quod quamuis aia et corpus humanum non constituunt hominem nisi coniuncta: tamen nec ipsa coniunctio actiua: nec ipsa coniunctio que est passio sunt de hominis essentia: quamuis sint via in essentia: sic generatio actio: et generatio passio inceptiue sunt quasi via in genitum non sunt de geniti essentia. vnio enim secundum quod est nomen relationis seu relationum causate vel causatarum ex coniunctione aie ad corpus non est de essentia hominis: et ideo quamuis predicta transeant in preteritum et eadem in numero non redeant: nihil preiudicat materiali identitati ipsius hominis: cum etiam aia rationalis sit ipsius hominis specifica forma et specificum humani corporis complementum: vt

H ostensum est lib. 2. dist. 17. ex vnione ipsius ad suum corpus non resultat aliqua forma respectu cuius compositum ex aia et corpore habeat quasi rationem materie: quia tunc pari ratione ex vnione illius forme cum composito resultaret forma alia: et sic deinceps. Sed illud quod ex vnione anime ad corpus causatur est ipsa hominis essentia complectens corpus et aiam. Cui concordat Auic. 5°. meta. c. 5. dicens quod quiditas compositorum est illud quo est quicquid est forma existente coniuncta materie. Et infra dicit: quod quiditas est ipsa compositio complectens materiam et formam: ibi nomine compositionis itelligens compositam essentiam. Cum ergo de essentia hominis non sit nisi corpus et aia: ex iterata vnio

I ne eiusdem aie in numero ad idem corpus in numero: non tamen causatur idem compositum in numero: sed etiam eadem essentia humana in numero: que in abstractione significata dicitur humanitas: et significatur per modum forme: considerata autem in concretione et vt in se existens nominat ipsum suppositum: quod est homo.

¶ Ad primum in oppositum dicendum quod apostolus per illam similitudinem non intendit ostendere resurrectionem eiusdem in numero: sed eam ante per resurrectionem christi probatam supponens intendit declarare quod corpus non resurget quale moritur: et quod hoc intendat. patet. quia immediate ante il

K lud verbum. Insipiens tu quod seminas etc. dicit dicet aliquis quo resurgent mortui: aut quali corpore venient. vult ergo dicere: vt patet per litteram sequentem quod sicut illud granum quod seminatur putrescit: et tamen granum quod inde surgit: deus disponit sicut vult: ita corpus humanum quod per generationem seminatur: et postea per mortem putrescit deus resuscitabit et sibi dabit qualitates alias quam habuit quando fuit seminatum. ¶ Ad secundum dicendum quod ibi philosophus loquitur de reiteratione que fit per motum vel mutationem naturalem: resurrectio autem erit supernaturalis. ¶ Ad L tertium patet solutio ex dictis in questione.

¶ Ad quartum dicendum quod maior non habet veritatem nisi intelligatur ceteris paribus. hic autem non sunt cetera paria: quia maioris virtutis est supernaturalis productio hominis quam eius generatio naturalis: cum illa sit per virtutem infinitam immediate tamen: alia autem mediante agente finite virtutis. ⁋ Vel potest dici quod resurrectio hominis magis appropinquat ad vnitatem cum generatione eiusdem ratione termini a quo et ad quem quam alia generatio: quamuis minus ratione efficientis et modi producendi: terminus autem a quo et ad quem magis de prope videntur respicere mutationis essentiam quam mutans et qualitas mutationis. Articulus. II.



Consequenter queritur de 2° principali. ¶ Et circa hoc queruntur tria. ⁋ Primo vtrum resurgent omnes electi. ⁋ Secundo vtrum omnes adulti damnati. ¶ Tertio vtrum paruuli qui cum solo originali peccato decesserunt. Questio. I.

Primo ostendo quod non resurgent electi. Liberior est anima ad contemplandum A deum exuta a corpore quam corpori coniuncta: sed nihil debet fieri quo anime electorum sint minus libere ad contemplandum deum. ergo electorum anime corporibus non vnientur iterum. ¶ Item non debet participare in premio quod prestat impedimentum in merito: sed corpus prestat impedimentum anime in merito: quia sicut dicitur Gal. 5°. caro concupiscit aduersus spiritum. ergo non debet participare cum aia in premio. participaret autem si iterum anime vnirentur electe.

¶ Contra. 2°. Mach. 7. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne vite resurrectione suscitabit. sed omnes electi moriuntur in obseruatione diuine legis. ergo omnes electi resuscitabuntur. B

¶ Respondeo quod omnes electi resurgent: quia ad hoc ordinatur principaliter resurrectio: vt homines consequantur vltimum finem suum: vltimus autem finis electorum est perfecta eorum coniunctio cum summo bono quo fine completur omnis appetitus eorum. hunc autem finem completius consequentur electi per resurrectionem eorum: quia sicut dicit Aug. 12°. super gene. versus finem. inest anime quidam naturalis appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum celum quamdiu non subest corpus cuius administratione appetitus ille conquiescat.

C ¶ Ad pmu3 in oppositũ dõm ꝙ maior nõ est vera de corpore glorificato quale habebũt electi in resurrectiõe: sed vera est de corpore tali quale h3 mõ. ¶ Ad 2m dõm ꝙ in corpore nostro sunt duo. s. nã: et hoc nõ pstat ipedimẽtu3 merito: et vitiositas que pstat ipedimẽtũ meri to: et iõ in electis non resurget vitiositas corporis: sed natura. Questio. II.

Secundo querit vtrum resurgẽt oẽs adulti dãnati. Et vr ꝙ n. psal. Nõ re-A surgent ipij in iudicio. ¶ Itẽ aĩa hũana nũꝗ fuisset a corpore sepata nisi pus fuisset sepata a deo excepta anima xpi. ergo a simili nõ debẽt anime separate corporib9 reuniri nisi pus vniant deo: sed anime dãnatorum nunꝗ vniẽtur deo. ergo nec corporibus suis.

¶ Contra. Apostolus. j. Cor. 15. Oẽs quidem resurgemus sed nõ oẽs imutabimur. g oẽs re surgent tam electi ꝙ reprobi.

¶ Rñdeo ꝙ oẽs adulti dãnati resurg ẽt. Cuius rõ est: vt eorum damnatio cõplcat: vt sicut in aĩa simul et in corpore demeruerũt: ita simul i vtroqꝫ puniat: hoc diuina iustitia exigẽte. Et ẽt pp cõem resurrectionis cãm que superi9 dicta B ẽ: ne aliqua opa dei ppetuo remaneãt iperfectat: et ne nãlis appetitus: quẽ anĩmab9 ididit ad sua corpora esset frustra.

¶ Ad pmũ in oppm dõm ꝙ illud vbu3 psal. intelligitur vel de finali spũali resurrectiõe in pũti iudicio misericordie. in hoc. n. iudicio nõ resurgent reprobi: q in auctoritate allegata p ipios itelligunt: vel itelligit de gl'iosa resurrectione. ¶ Ad 2m dõm ꝙ nõ ẽ sile: q si anime nõ fuissent separate a deo puniri nõ deberẽt: et ex cõsequenti nec a corporib9 suis separi: cũ ea nãliter appetãt: aie aũt reproborum suis corporib9 reunient: nõ pp earum psolatõe3: s3 ad sue dãnationis cumulum. Questio. III.

A Tertio querit vtrum paruuli q cũ solo originali pctõ decesserũt resurgent. Et videt ꝙ nõ. fm Aug. 13. de tri. ca. 16. Mors debetur hoi pp pctm̃ originale: sed in paruulis decedentib9 cũ pctõ originali semp manebit ipm originale. g et ipsa mors. nunꝗ g resurgẽt.

¶ Itẽ resurrectio erit pp plenã retributionẽ meritorum et demeritorum: sed paruuli tam pur gati a peccato originali ꝙ illi qui in pctõ originali decedũt nõ meruerũt nec demeruerũt. ergo nec illi nec isti resurgent.

¶ Contra. Jo. 5. mortui audiẽt vocẽ filij dei et qui audierint viuẽt: sed vt dicit parum post: oẽs qui in monumẽtis sunt audient vocẽ filij dei. ergo oẽs q in monumẽtis sunt resurgẽt.

¶ Rñdeo ꝙ paruuli q cũ solo originali pctõ decesserũt resurgẽt pp cãm resurrectionis oibus hoibus cõem q supius in plurib9 locis tacta est: et ẽt pp cãm spãle3. pctõ. n. originali B obligat hõ ad pena3 dãni: pctm̃ aũt originale 9hit aĩa per sui vnionẽ cum infecta carne: vt declaratũ est lib. 2. et ideo cõueniens est vt aie paruulorum carentiã visionis dei ppetuo patiãtur suis corporib9 vnite: p quorum contagionem incurrerũt obligationẽ ad talem penam.

¶ Ad pm in oppm dõm ꝙ ꝗuis originale sit cã mortis meritoria: nõ est tñ cã permãsiõis in morte corporali. ¶ Ad 2m dõm ꝙ ꝗuis i paruulis nõ sit act9 merendi vel demerendi: in illis tñ in qbus remissu3 est pctm̃ originale est radix merendi. s. gra gratũ faciẽs: et in illis in qbus non est remissum est radix demerendi. s. habitualis concupiscentia: et ideo resurgent tam isti ꝙ illi. Articulus. III.



Consequẽter querit de 3° pncipali. ¶ Et circa hoc queruntur tria. Primo vtrum in resurrectione nã erit causa efficiens reformationis corporũ hũanorum. 2° vtrũ erit cã efficiens vnionis anime ad suu3 corpus ad eius susceptionẽ dispositũ. 3° vtrũ vox tube erit causa efficiens vtriusqꝫ. Qo. I.

Primo ostendo ꝙ in resurrectiõe nã erit cã efficiens reformatiõis corporum humanorum: fm Dama. lib. 3°. ca. 14. qd cõe est A oibus in eadem spẽ nãle est. sed resurgere cõe erit oibus hoibus. g erit illis nãle. ¶ Ite3 fm ph3. j. phi. Ex equo fieri põt canis. s. mediantibus multis trãsmutatiõib9 nãlib9. g a simili ex pulnerib9 istius corporis põt iterum reformari hoc idem corp9 mediãtib9 multis transmutationibus nãlibus. ¶ Itẽ sicut se h3 resolutio ad suũ terminũ ita cõpositio ad suũ: sed per nãlẽ resolutionẽ corporis humani fit resolutio ad illud idẽ i nũero: de quo illud corp9 fuerat fcm̃. s. ad mãm pmã. g per nãlem 9positionẽ põt fieri reuersio ad illud idẽ corpus in B numero qd de illa mã fuerat fcm̃. ¶ Ite3 illa forma corporis humani incõpleta que educit de potẽtia mãe qñ corrũpitur in eadẽ possibilitatẽ de qua facta est reuertit fm ph̃m. 3. phi. Oẽ qd fit ex aliquo si est corruptibile resoluit in illud de quo fit. ergo manet eadẽ possibilitas que pmo in formã pdictã fuerat trãsmutata. ergo ite3 in eadẽ formã põt nãliter trãsmutari. corpora ergo in resurrectiõe per nãm po terunt eadẽ in nũero reformari. ¶ Ite3 sicut se h3 ars ad artificiatũ: ita nã ad naturatum:

C sed per arte potest reduci artificiatũ in nũero idem artificiato prius corrupto: vt pʒ cũ ex eisdem asseribus iterum fit eadeʒ archa in numero. ergo similr per nãm põt reduci ideʒ in nũero corpus hũanũ qđ prius fuerat corruptũ. ¶ Itẽ nã potest reducere eandẽ partẽ terre in numero: quia potest terram inclusam in aliquo vase conuertere in aquã: ⁊ iterum illam aquã in terram. ergo a simili potest reduci idem corpus humanum in numero.

¶ Contra. indiuidua eiusdẽ speciei non ꝓducuntur per nãles mutatiões diuersas spẽ. vnde sm cõmentatorem super. 8. phy. mures geniti per putrefactionẽ ⁊ ꝓpagationẽ nõ sunt

D eiusdeʒ spẽi: sed hominis resurrectio erit mutatio diuersa in specie a generatione sua naturali. ergo nõ erit mutatio naturalis. ¶ Iteʒ si corpora in resurrectiõe eadẽ in numero reformarent per nãm hoc posset per naturalẽ inuestigationem cognosci: sed hoc inuestigatione naturali non cognoscitur: sed fide sm Augu. 13. de tri. ca. 9. ergo illius reformationis natura non erit efficiens causa.

¶ Ad istam qõnẽ dixerũt quidã ꝙ cũ oia naturalia per influentiã corporum celestiũ disponãtur qñ oẽs partes celi redibũt ad pᵐ sue creationis locũ tunc oia generabilia ⁊ corruptibilia eadem in nũero: que tũc fuerunt reuertent. Et hoc per nãm vlem que sicut dicit Auic. 6°.

E meta. sue. c. 5. est virtus infusa in suba celorũ gubernãs vniuersalitatẽ generationũ. Illa ãt celi dispositio erit in cõplemẽto. 36. miliũ ãnorum ab illo instãti quo creatũ est firmamẽtũ. Similr dñt ꝙ incipiẽdo a quocũqʒ tẽporis momento in fine. 36. miliũ ãnorum redibũt oia generabilia ⁊ corruptibilia eadẽ in nũero q̃ erant in illo momẽto. octaua. n. spera ab occidẽte i oriente mouet ꝓprio motu in centuʒ ãnis per vnũ graduʒ. gradus aũt sunt trecẽti. 60. qr. 12. sunt signa ⁊ in quolʒ sunt. 30. gradus. centies aũt trecẽti. 60. sunt triginta sex milia. hi ergo dicunt tũc futurã reformationẽ corporuʒ per

F nãʒ. Et hec opio includit ꝙ sicut hoies generant vnus post aliũ: ita resurgẽt vnꝰ post aliũ. ¶ Sed hec opio est heretica: ⁊ ẽt ꝯ phʒ. li. predicamẽtorũ dicẽtẽ ꝙ a priuatiõe in habitũ nõ ẽ regressus per nãm: sed sm eũdẽ primo elencorum mors est priuatio. ergo per nãm nõ põt hũanũ corpꝰ regredi de morte ad vitã: qđ verum nõ eẽt si posset p nãm plenarie reformari: cũ eius plenaria reformatio prius icludat aiationẽ. ꝟ Dicendũ g̊ ad qõnẽ ꝙ pdicta reformatio nõ erit per nãm: qr sm phm. 2. phy. illa q̃ gnãnt p ꝓpagationẽ nõ pñt fieri per nãʒ nisi ex semine. vñ dicit. necesse est semẽ fieri primũ: sʒ nõ statiʒ aialia. Illa aũt reformatio corporum erit ex mã

G

corum vel pulueribꝰ nõ mediãte semie. pp. n. nobilitatẽ corporum hũanorum nõ põt cãri semen de q̊ fiẽt p virtutẽ corporum celestium tm̃. sʒ ẽt reqrit ad hoc virtus pticularis gnãntis silis in spẽ. vñ turpiter errauerũt dicẽtes hũana corpora posse nãliter ꝓduci de terra p solã influentiã corporum celestiuʒ. ¶ Preterea. sm phm. 2. de gnãtõe. formã corruptã nã nõ põt eãdẽ in numero reducere. Cuiꝰ rõ ẽ limitatio virtutis sue: ⁊ qr forma cũ corrũpit non resoluit in eãdem possibilitatẽ nũero: q̃ in ipaʒ fuerat trãsmutata: sed in aliã in nũero. forma aũt corporis incõpleta de potẽtia mãe eiꝰ educta ipaʒ disponens ad susceptionẽ itellectiue eadẽ in nũero reuertet. alias. n. corpora eadẽ in nũero nõ re

H formarent. pdcã g̊ corporum reformatio nõ erit p nãm: sed imediate tm̃ p diuinã potẽtiã.

¶ Ad pᵐ in oppᵐ dõm ꝙ illud vbũ itelligit de eo qđ est cõe oibꝰ in eadẽ spẽ ex necessitate ⁊ semp. reformatio. n. corporum nõ erit ex nec̃itate: sʒ p iperiũ voluntatis diue. ¶ Ad 2ᵐ dõm ꝙ q̃uis ex vno corpe possit gnãri aliud corpꝰ mediãtibꝰ trãsmutationibꝰ multis: non tñ ex hoc sequit ꝙ mediãtibꝰ trãsmutationibꝰ multis posset ex eius mã idem corpꝰ in nũero regenerari. ¶ Preterea. ex equo non põt fieri canis nisi primo ꝯuertãt caro eq̃ in semẽ canis: pdcã aũt reformatio corporum erit ex eoruʒ mã

I vel pulueribꝰ absqʒ hoc ꝙ prius cõuertãt in semen: vt superiꝰ dcm̃ est. ¶ Ad 3ᵐ dõm ꝙ non est silr: qr mã in quã vltimo ẽ resolutio ẽ ingenerabilis ⁊ icorruptibilis sʒ phʒ. j. phy. ⁊ ideo ꝓprie loquẽdo nõ reuertit eadẽ in nũero per resolutionẽ: qr nõ reuertit: nisi qđ prius fuit corruptũ. Sʒ sicut forma q̃ corrũpit eadẽ in nũero per nãm nõ reuertit: sic per eius resolutioneʒ i possibilitatẽ nõ reuertit eadem possibilitas in numero que in ipaʒ fuerat trãsmutata. ¶ Ad 4ᵐ dõm ꝙ illud verbũ phi. itelligitur de ipsa mã q̃ ẽ primũ fundamẽtũ: de q̊ alia fiũt. vel si itelligit de possibilitate: tũc hoc ꝓnomẽ

K illud ostẽdit nõ idẽ i nũero sed silr. ¶ Ad 5ᵐ dicũt aliq̃ ꝙ maior est falsa: qr difficiliꝰ est reuerti idẽ naturatũ q̃ idẽ artificiatũ. ꝟ Aliq̃ dicunt ꝙ minor est falsa: quia nõ reuertit forma artificialis eadem in numero. ¶ Ad sextum dicendum ꝙ premissa est falsa: vt patet in his q̃ dicta sunt in qõne. ¶ Põt etiaʒ dici alr ad argᵐ ꝙ nõ est silr de reductione eiusdẽ partis terre in nũero ⁊ reductione eiusdeʒ corporis humani in nũero: qr corpus humanuʒ ꝓduci nãliter nõ potest: nisi ex semine qđ per solam

L influentiam celi causari nõ potest: q̄uis. n. na
turaliter influẽtia corporum celestiũ ad cuiuslĩ
bet gñationẽ necessaria sit: dicẽte pho. 2. phy.
ꝙ homo gnãt hoiez ex mã: ⁊ sol: ꝓ se tñ ad ge
nerationẽ corum: q̄ nãliter ꝓducunt fm ꝓpaga
tiões eorum: nõ sufficit. Nãle ẽt indiuiduorum que
per ꝓpagationẽ gñant: sic ordinate ⁊ ꝓportio
nate sunt a ꝯditore nãe: ꝙ est ĩpossibile ꝑ nãz
totaz mãm: de q̄ factus est vn⁹ hõ: iterum in vna
alia muliere: ⁊ in vno alio viro ꝯuerti in semi
ne: sine aliq̄ comestiõe alteri⁹ mãe. si. n. per to
tam vitã suã nõ nutrirent nisi carnib⁹ aliorũ
hoium: de quolibz hoie: quẽ comederẽt: ꝯuer
teret aliquid in subam comedẽtiũ: ita ꝙ semẽ
M in eis aut fieret de pte mãe hui⁹ hois comesti
tantũ: aut de plurib⁹ partib⁹ mãe pluriũ ho
minũ comestorum. A silĩ dico ď oib⁹ aĩalib⁹ que
per ꝓpagationẽ generant. Uñ ṽbũ phi. 2. de
generatiõe. s. ꝙ nã non reducit idẽ in numero
in his que ꝓducunt per ꝓpagationẽ. instãtiã:
nõ hz. in alijs aũt vt aliqui ꝓbabiliter dicunt:
nescio si vere põt hr̃e instantiam: si. n. aliq̄ por
tio terre cõclusa in vase aliquo cõuerteret in
aquã: ⁊ iterũ illa aqua in terrã: nõ videt qua
re nõ esset eadẽ terra in nũero. ¶ Preterea.
ex illa eadẽ parte mãe de qua mõ generatus
est pugillus ignis per nãle agens fuisset ꝑus
genitus idez pugillus ignis in nũero si prius
fuisset sibi applicatuz idem nãle agens. g̊ a si
mili postq̄ iste pugillus erit ꝑ sui corruptio
nem resolutus in eãdem partẽ mãe de qua ge
nitus est: regenerabit postea de illa eadẽ par
te materie idez pugillus ignis in numero qñ
illi parti materie iterũ applicabit idẽ natura
le agens. ¶ Et si dicas ꝙ agens nãle nõ gene
rat nisi mediante sua ĩfluentia: ⁊ eadẽ eius in
fluentia in numero nunq̄ reuertet. hoc nõ ob
stat: qꝛ saltez reuertet similis. de illa aũt eadẽ
parte materie: de qua per hunc ignẽ genitus
est iste pugillus ignis: fuisset genitus idẽ pu
O gillus ignis in numero: si illi eidem parti ma
terie fuisset applicatus alius ignis in omnib⁹
silis excepta dr̃ia numerali illi igni: per quez
ꝑdictus pugillus fuit genitus. ¶ Argumẽta
ad partem scđam gratia cõclusionis cõceden
da sunt. verbũ tñ cõmentatoris fm Aug. nõ ẽ
verum. dicit. n. 3. lib. de tri. c. 8. ꝙ multa sunt aĩa
lia q̄ cocundo alia pariunt cũ illa nullis coeũ
tibus parentibus orta sint. Qõ. II.

Secundo querit vtrũ nã erit cã efficiens
iterate vniõis anĩe ad suũ cor
A pus ad eius susceptionẽ dispositũ. Et videt ꝙ
sic. qꝛ illa mutatio est nãlis que termiatur ad
q̄etem naturalez: sed anime postq̄ erunt suis
corporibus reunite in illis corporibus nãli
ter requiescent. ergo illis reunient per nãm.
¶ Itẽ minus est ꝑncipia alicui⁹ cõpositi iam
exñtia vnire q̄ alterũ ꝑncipiorum ꝓducere ⁊ al
teri vnire. Sz ꝑ nãm ꝓducit forma vite ⁊ vni
tur mãe: vt pz in gñatione aialiũ: g̊ multo for
tius corp⁹ hũanũ ⁊ aiam itellectiuam poterit
vnire nã. ¶ Itẽ sepatio aie a corpore ẽ ꝑ cor
ruptionẽ nãlis dispõnis in corpe q̄ necĩa ẽ ad
hoc vt ꝑ aiam iformet. g̊ cũ ꝯria sint cãe ꝯrio
ruz effectuũ sufficiens dispositio in corpore q̄
necĩa est ad hoc vt iformet per aiam: erit suffi B
ciens cã ad hoc vt iterũ per aiam iformet.
¶ Cõtra. vt habitũ est superi⁹: resurrectio est
iterata copulatio aie ⁊ corporis: sed fm Dio.
6°. c. de di. no. Resurrectio est suꝑ nãm. ergo
vniõis ꝑdicte nã nõ erit efficiens cã. ¶ Itẽ in
ꝑma hois formatiõe nã nõ ẽ vniõis aie ad cor
pus efficiẽs cã. g̊ a silĩ nec in ei⁹ reformatiõe.
¶ Itẽ suꝑ naturã ẽ adeptio glĩe: sz talis ade
ptio nõ ẽ maioris difficultatis q̄ vnio aie ad
corp⁹ fm magfm li. 2. di. j. c. penul. q̄ dicit ꝙ ꝑ
ꝑdcãm vniõnẽ põt hõ scire deo nõ esse ipose
rõnalẽ creaturã sublimare ad sue glĩe partici
pationẽ. g̊ vnio aie ad corp⁹ est supra naturã.
¶ Ad istã qõnẽ dixerũt aliq̄ ad hoc vt corp⁹
informet aia: sufficit ꝙ corp⁹ sit sufficiẽter dis C
positum ad suscipiẽdũ aiam: ⁊ nãlis iclinatio
aie ad ipm: ⁊ ꝙ sit pñs cuilibz parti ipsi⁹ cor
poris. Sz certũ ẽ ꝙ corpi suo reformato aĩa
poterit se pñtẽ exhibere. si deus pmittat: non
tãtũ mõ vni pti ei⁹. sed cuilibz. g̊ vr̃ ꝙ aia per
sua nãlia corpori suo disposito ad suscipiẽduz
eã poterit se vnire tanq̄ forma. Et huic cõcor
dat verbũ cõe quo dr̃ ꝙ anĩe resumẽt corpora
sua. ¶ Sed ꝯ hoc sic põt argui fm sñiam phi
2°. phy. q̄uis efficiẽs coicidat cũ forma in idẽ
spẽ: nõ tñ in idẽ nũero: cũ ergo aia sit hois for
ma: ⁊ ꝑ vnionẽ ei⁹ cũ corpore ꝯstituat hõ: ipsa
nõ erit h⁹ vniõis efficiẽs cã. ¶ Preterea. fm
Augu. lib. 83. q. q. 2. ⁊ Auic. 6. meta. c. 3. cã effi
ciens dignior est causato. cuz g̊ pars nõ sit di D
gnior suo toto: ⁊ hõ sit qđdã totũ per vnionez
aie ad corp⁹ ꝯstitutũ: cui⁹ aia ẽ ps: ipsa nõ erit
illi⁹ vnionis cã efficiens. ¶ Iliis ergo vide
tur dõm ad qõnem ꝙ natura non erit iterate
vnionis aie ad corp⁹ efficiẽs cã: qꝛ cũ natura
non possit aie dare eẽndi initiuz: non põt sibi
dare essendi cõplemẽtũ: aia aũt ꝯplemẽtũ sui
nãlis esse hz ex vniõe ad corp⁹: qꝛ ois pars cõ
pletius hz esse in toto q̄z a toto sepata. nec ex
hoc sequit ꝙ iterata anĩe vnio ad suũ corpus
dispositũ futura sit ꝯ naturã: cũ vtriusq̧ ad ali
ud nãlis sit iclinatio: sed supra naturam. vnde

E Dio.6.ca.de di.no.loquēs de resurrectiōe di/
cit eam esse rem vetustati ꝯ nām visaȝ.sibi aūt
ꝛ veritati sup naturā q̄ ꝫ nos est nā fortissima
vine vite.ex pte g̊ nāe erit dispō ad illam vnio
nē:ꝫ imediate efficiet̃ p oipotētē dei virtuteȝ.
¶ Qui tenēt opionē pmā possent dicē ad pm
q est ꝯ eam qd Dio.dicit resurrectioneȝ esse ꝯ
naturā quo ad reformationē eiusdeȝ corporis
in nūero:q̄ necīa ē ad resurrectiōeȝ.¶ Ad 2m
dōm q nō est sile:q2 in pa hois formatiōe simt
pdit aīa in eē ꝛ facta est actu corporis forma.
ꝛ iō oportuit q ab eadeȝ v̄tute eēt vnio ei9 ad
corp9 ꝛ ei9 pductio:ante aūt iteratā ei9 vnio/
nem ipsa est in actu:q2 nō desijt esse.¶ Ad 3m
dōm q magr̃ ibi loquit̃ de pma vnione aie ad
corpus cuȝ qua simul accipit esse ꝛ naturalem
F iclinatiōeȝ ad corp9:q̄ nō potuit sibi dare crea
ta nā: sed hec mō preexistūt vnioni future.
¶ Ad illud qd p9 arguebat̃ in corpore qōnis
ꝯ hāc opionē ꝛ pro alia pōt dici q verbū phi.
intelligendū est de forma corruptibili.¶ Ad
2m dōm q illud verbū. augu. intelligendū est
de causa efficiente que efficit rem ꝫm se totaȝ:
ita vt sit cā efficiens nō tm̄ coniunctionis par
tium:sed etiā ipsarū partium.Quis auteȝ ani/
ma resumendo corpus suū futura sit causa effi
ciens iterate vnionis sui cuȝ corpore: que ne/
cessaria est ad hoc vt ex illis cōstituat̃ hō:non
tm̄ erit causa efficiēs hois ꝫm se totū:q2 nō erit
causa sui ipsius nec corporis.Et iō si cōceden/
G dum sit q aīa nobilior est q̄ erit illa vnio : nō
tamen est concedenduȝ q erit nobilior q̄ hō
pro statu illo.¶ Ad tertiū dōm qd dicebat̃ q
natura non potest illi rei dare essendi comple
mentū:cui nō pōt dare essendi initiuȝ ꝛc. Di/
co q verū est de complemēto essendi qd debet̃
rei scdm se ꝛ absolute: sed non de illo qd con/
uenit illi rei ex sui vnione cum alio.
¶ Qui vult tenere aliaȝ opionem pōt dicere
ad pmū in oppositū q mutationū quedā sunt
violente ꝛ terminant̃ ad quietē violentam:vt
pȝ cum pijcit̃ lapis supra trabē. Quedā autē
sunt naturales ꝛ terminant̃ ad qētē nālem:vt
H pȝ in nāli motu lapidis deorsuȝ. Quedā sunt
quar pncipalis cā effectiua nō est necīa:quis
ad hoc disponat ꝛ cooperet̃ ꝛ termiet̃ ad qe/
tem nālem:vt pȝ cuȝ homo fortiter ipellendo
lapidē deorsuȝ facit ipm veloci9 ꝛ forti9 descē
dere: ꝛ fortiorē ipressionē facere q̄ posset face
re per suam nām:mutationē aūt que fit a na/
tura ꝛ terminat̃ ad quietē violentā nō ē pone
re.¶ Dico g̊ q iterata vnio aie ad suū corp9
dispositū:quis futura sit per cām supnatura/
leȝ.Tm̄ q2 ad hoc disponet natura aie ꝛ corpo
ris terminabtur ad naturalē quietem.¶ Ad I
2m dōm q maior nō est vera nisi intelligat̃ ce
teris parib9.in pposito aūt nō sunt cetera pa/
ria:q2 aīa intellectiua nō est educibilis de po
tentia materie:ꝛ magis distat eius essentia ab
essentia corporis q̄ q̄libet alia forma ab essen
tia sue materie:ꝛ tm̄ sunt optime pportionata
ad hoc vt ex eis cōstituat̃ per eēntiam vnum.
¶ Ad 3m dōm q aliqn̄ multe cause cōcurrūt
ad cōstructionē:quar vni9 defectus sufficit ad
dstructionē:q2 sicut dicit Dio.4.ca.de di.no.
Bonū est ex vna ꝛ tota cā: malū ex multis ꝛ
particularibus defectib9. Qō. iii.

Tertio querit̃ vtr vox tube erit cā efficiēs
reformationis corporū ꝛ vnionis
animarū ad illa. Et videt̃ q non: q2 vox tube A
non erit capax virtutis infinite.Erit eniȝ crea/
tura.sed tam reformatio corporū q̄ animarū
vnio ad illa erit per virtutem infinitā.¶ Iteȝ
mortui non audient vocem tube. ergo sonus
ille non cooperabitur:ad eorum resurrectio/
nem.¶ Item christi resurrectio erit causa ef/
ficiens resurrectionis nostre.dicit enim glosa
super illud Ro.8.qui suscitauit Jesum.Hec
est causa quare suscitabit alios quia christus
suscitatus est.g̊ vox tube non erit nostre resur
rectionis efficiens causa.
¶ Contra.magister huius. dist.ca.scdo. dicit
q causa resurrectionis mortuoruȝ erit vox tu
be:quia in aduentu iudicis ab omnib9 audie/
tur:ꝛ cuius virtute excitabuntur mortui ꝛ re/
surgent de monumentis.¶ Itē glo.sup illud B
psal.Dabit voci sue vocē virtutis.dicit.i.effi/
caciā resuscitandi omnes mortuos.
¶ Rn̄deo q vox tube nō erit pncipalis effi/
ciens causa reformatiōis corpor nec vnionis
animaruȝ ad illa: sed virtus diuina: erit tamē
pdictorū instrumentalis causa aliquo modo
ad similitudinem cum dicimus q sacramen/
tum penitentie est causa spūalis resurrectio/
nis:quia sicut sacramento assistit diuina virt9
spūalis resuscitans:sic voci tube assistet virtus
diuina corporaliter resuscitans:ꝛ sic itelligen
dum est illud verbū apostoli pme Cor.15. Ca
net tuba ꝛ mortui resurgent incorrupti. Erit
aūt vox tube vox Jesu xpi: qua precipiet mor C
tuos resurgere. qd pȝ per illud quod dicitur.
Joā.5o.Mortui audient vocem filij dei:ꝛ qui
audierint viuent.Et parum post. Oēs qui in
monumentis sunt audient vocē filij dei.Et si/
ne preiudicio videt̃ mihi q non erit idem vox
tube ꝛ vox archangeli : sed illa tria que dicit
Apl̃us.j.ad thes.4.in iussu ꝛ in voce archan/
geli:ꝛ in tuba dei sic distiguunt̃. q2 pmo xpus

B in suo descensu iubebit pulueres seu ptes qs/cūqȝ corpoꝝ recolligi mortuoꝝ p misteriū angeloꝝ: τ hoc notat cū dicit. Descēdet in iussu. 2° pcipiet ex illis pulueribꝰ recollectis corpora reformari: τ reformatis aias vniri que duo fient per vtutē diuinā: τ istud pceptū notat cū dr. τ in tuba dei. 3° archāgeli qui fuerūt custodes puinciaꝝ in puincijs quas custodierunt clamabunt forti τ sensibili sono articulato τ mediāte aliq sensibili creatura formato q oēs coram iudice cōparcāt corporaliter diffinitiuā sniam τ irreuocabilē audituri: τ illa vox notatur cū dr: τ in voce archangeli.

¶ Ad pm in oppm dōm q pcedit de cā efficientie pncipali. ¶ Ad 2m dōm q τsi corpora mortua nō sint vocem illā auditura: tn̄ anime C itellectuali virtute apphēdēt eas. ¶ Pōt aūt dici q efficacia vocis illius qtū ad corpoꝝ reformationē nō erit: per hoc qd audietur: sed per hoc qd pferetur: eo q eiꝰ plationi diuina vtus assistet aliquo mō a simili sicut assistit verbis q dicit baptizans paruulus qms paruulus qd dr non apphendat. ¶ Ad 3m dōm q resurrectio xpi qmuis sit nr̄e resurrectiōis exēplaris cā: nō tamē erit efficiens nisi forte p tanto dicat ad cām efficientē reduci: qr deꝰ ordinauerat nullum resurgere ante resurrectionē illius. vn̄ illa glo. sic dz exponi q eadē: cā quare suscitauit Jesum xpm suscitabit τ nos. s. meritis Jesu xpi. ¶ Argumēta ad partē aliā pcedūt de causa efficientie instrumētali. Arti. iiii.



Onsequēter querit de 4° pncipali. ¶ Et circa hoc queruntur tria. ¶ Primo vtꝝ oēs morient. ¶ 2° vtrum oīa corpora mortuoꝝ incinerabunt. ¶ 3° vtrū i illis pulueribꝰ sit aliqs nālis appetitꝰ ad aie susceptionē. Qō. i.

A Primo q̄ri ↄ q nō oēs morient. dr in simbolo q xps venturus est iudicare viuos τ mortuos. g aliq iudicabunt qui nūq morient. ¶ Itē. Hier. ad marcellā dicit: τ recitat magr huiꝰ di. c. 5. quosdam in fine seculi adueniēte xpo nō esse morituros: sed viuos repertos in imortalitatem repente mutandos. ¶ Itē Aug. 2. lib. de baptismo paruuloꝝ: non multū lōge an̄ finē: quibusdā in fine largietur vt mortē istā repentina cōmutatiōe nō sentiāt.

¶ Cōtra. ad Heb. 9°. Statutū ē hoibꝰ semel mori: sed omnes obligant ad statutū: qui non excipiunt: cū ergo scriptura nullū excipiat ab illo statuto. ergo omnes morientur.

seruientē cuidā paupi. si seruiēs ille eā nō de-
derit: ſ꜆ eā ex malignitate ī aquā ꝓiecerit seu
sibi retinuerit: nō ꝓpter hoc minuit̄ meritū il-
lius q̇ elemosynā dari p̄cepit. g̊ a simili ꝓpter
malitiā executoꝝ nō minuit̄ meritū testatoris
q̇ bona sua p̄cepit ꝑ eos paupibus distribui. g̊ B
siue executores distribuant. siue nō. siue distri
buere tardēt: nō ꝓpter hoc peius vel melius
anima testatoris habebit.
¶ Cōtra. opatio exterior vltra bonitatē act⁹
īterioris valꝫ ad aliqd̓ accidētale p̄miū. vt su-
perius visum est. g̊ a simˀi executio vltime ⁊ pie
volūtatis testatoris vltra bonā volūtatē quaꝫ
habuit in p̄cipiēdo sibi aliq̇d ꝓdest ad aīe sue
alleuiationē. qui ergo non exequunt̄ aut exeq̇
tardāt anime testatoris preiudicant.
¶ Respondeo. ꝙ dilatio executōis in aliquo
p̄iudicat aīe testatoris: cuius duplex est ratio.
Vna. qꝛ quāto citi⁹ ecclˀie ⁊ paupes q̇bus le-
gatū est recipiunt illud qd̓ testator eis legauit C
tanto feruenti⁹ ⁊ citius orant ꝓ aīa defuncti ⁊
orare tenent̄: ⁊ q̄꜆to tardi⁹ recipiunt qd̓ eis le-
gatū est: tāto tepidiores sunt ad orādū: ⁊ ma-
gis tardāt orare pro aīa defuncti: acceleratio
aūt feruētiū orationū ꝓ aīa defuncti multum
valꝫ ad ei⁹ alleuiatōeꝫ ⁊ celeriorē expeditōeꝫ.
▽ Alia rō est: qꝛ sic̄ defuncti ī charitate aliq̇d
purgabile secū portātes ī hac vita meruerūt:
vt elemosyne si ꝓ eis dent̄ eis prosint non ad
augm̄tū gr̄e: ſ꜆ ad alleuiatiōeꝫ ⁊ abbreuiatōeꝫ
sue pene. ⁊ iō q̄꜆to testm̄ suū citi⁹ executiōi de-
mādat̄: tāto citius alleuiat̄: quanto tardi⁹ exe
cutio sui testi cōplet̄ tanto tardi⁹ ceteris pari-
bus īcipit alleuiari ⁊ tardi⁹ liberat̄. si tamē le- D
gata sua nunq̄꜆ soluerent̄: nec forte facta sua q̄
p̄cepit emēdari ꝑ executores emēdarent̄: nec
debita sua q̄ solui p̄cepit ꝑ executores soluerē
tur: nō tn̄ ꝓpter hoc ꝑpetuo remaneret in pe-
na q̄꜆uis ꝑꝑ hoc multo tardius liberaret̄ a pe
na. ¶ Ex dictis pꝫ q̄꜆ grauissime peccāt: ⁊ ma
gnam proditionē ⁊ illegalitatē faciunt execu
tores q̇ executōes testōꝝ sibi cōmissas nō cō-
plēt q̄꜆ citi⁹ pn̄t opportunitate hita cōpetēti.
¶ Ad p̄mum in oppositū dd̓m. ꝙ illud v̓buꝫ
ītelligit̄ de quodā heretico: qui ī sua heresi de
cesserat: ⁊ tali mortuo ⁊ cuicūq̄꜆ in pctō mor-
tali decedenti nihil ꝓdest quod postea ꝓ eis
fiat. vnde vsurarij q̇ in cōdendo testamētū p̄ci
piunt: vt sui executores restituant post mortē E
suā illis a quibus acceperūt vsuras: ⁊ nolunt
ꝙ fiat restitutio q̄꜆diu viuunt: sed ītendunt il-
la bona retinere si de īfirmitate euadūt nō ꝓ-
dest ad salutem aīe sue testamentū qd̓ faciūt:
q̇a tales in mortali peccato decedunt: quāuis
in peiori statu morerent̄ si nollēt ꝙ etiā post
mortem suam restituerent̄. ¶ Ad 2m dd̓m. ꝙ

ꝙuis nõ minuatur meritũ mittentis quãtum
ad impetrationeʒ gratie: tamen minuitˀ quã-
tum ad remiſſionẽ pene: maxime qꝛ ſi ille pau
per elemoſynam recepiſſet feruẽtius oraret ꝓ
eo ⁊ magis teneretur orare.

Articulus. VI.



**Onſequenter** queritur de .6. ꝑn
cipali. ¶ Et circa hoc querũ-
tur quattuor. ▽ Primo vtꝝ mor
tuis ꝓficiat ſepultura corpoꝝ
ſuoꝝ. ▽ 2° vtꝝ ꝓficiat viuis ſe
pultura mortuoꝝ. ▽ 3° vtꝝ licitũ ſit cuilibʒ eli
gere ſepulturam in quocũqȝ loco ſacro volue
rit. ▽ 4° vtꝝ funeralia illius q̇ eligit alibi ꝙ̃ i
ſua prochia ſepeliri: debeãt eẽ ſue prochialis
eccl'ie vel illi⁹ in qua ſepelitˀ. Q̃õ. I.

A **Primo** oſtendo ꝙ mortuis nõ ꝓficiat ſe
pultura ſuoꝝ corpoꝝ. Au. lib. de
cura ꝓ mortuis agenda. nõ multũ poſt princi
piũ. Curatio funeris: cõditio ſepulture: põpe
exeq̃arũ magis ſunt viuoꝝ ſolatia q̃ȝ ſubſidia
mortuoꝝ. ¶ Item. eodem lib. q̃ſi in medio lo
co iter ꝑncipiuʒ ⁊ medium dr̃ de corporibus
martyꝝ quorũdã expoſitis canibus: ꝙ nõ ob
aliud credẽdum eſt diuinitus fuiſſe ꝑmiſſuʒ: ni-
ſi vt diſcerent xp̃iani in cõfitendo xp̃um dum
cõtẽnunt hãc vitã multo magis contẽnere ſe
pulchrũ: ſed qḋ ꝓdeſt ꝯtẽni non debʒ.
¶ Contra. nõ eſt ꝓbabile ꝙ fruſtra fuerit de-
uotio ſcõꝝ hoim̃: ſed in ſacra reperitˀ ſcriptu
ra de ſanctis p̃ribus ꝙ ſolliciti fuerũt de loco
B ſepulture ſue: vt pʒ in Gen̄. de Abraaʒ Jacob
⁊ Joſeph. Jlla aũt ſollicitudo fruſtra fuiſſʒ ni
ſi ſepultura ꝓdeſſet: vt vr̃. ¶ Jtẽ impijs nocet ſe
peliri in loco ſacro. 13. q. 2. Quibus. ⁊ c. ſequẽ
ti. g̊ per ꝯtrarium prodeſt pijs.
¶ Reſpõdeo. ꝙ mortuis in charitate decedẽ
tibus aliq̃d purgabile ſecũ deferentib⁹ ꝓdeſt
ſepultura corpoꝝ ſuoꝝ nõ per ſe: ſed per acci-
dẽs: ĩquantũ. ſ. iſpicientes ſepulturã memoriã
retinẽt defunctoꝝ vt ꝓ eis orẽt. Vñ augu. lib.
de cura ꝓ mortuis agẽda. iter ꝑn^m ⁊ mediuʒ.
Monumentũ eo ꝙ moneat mentem. i. admo
neat nũcupatˀ: ſed vltra hoc ꝓdeſt ſepultura i
loco ſacro: ĩquantũ ſepeliens mortuuʒ alicui⁹
ſci patrocinio cõmittit cuius ꝑcibus creden-
C dum eſt adiuuari: ⁊ qꝛ ceteris parib⁹ ex diuina
ordinatõe triumphãs eccl'ia ſpãliter orat ꝓ il-
lis q̇ in loco ſacro ſunt ſepulti: ⁊ qꝛ illi q̇ loco
illi deſeruiunt tenentˀ ceteris parib⁹ ꝓ illis fre
quẽtius ⁊ ſpãlius orare: ⁊ his cõcordat augu.
lib. ꝑdicto paꝝ añ auctoritatẽ allegatã: vbi di
cit de ſepultura: ⁊ his q̇ fiunt in ſepulturis: qꝛ
ad hoc valẽt mortuis: vt dũ viui recolunt vbi
ſunt poſita eorum quos diligũt cõpora: eiſdẽ
ſanctis illos tãq̃ patronis ſuſceptos apud do
minũ adiuuando ⁊ orando cõmendãt. Lumi
naria etiam panni ⁊ alij ſumptus q̇ fiũt in ſe
pulturis mortuis ꝓdeſſe pñt ꝑ accñs inquãtũ D
per talia homines excitantˀ ad compatiẽdũ: ⁊
per ꝯñs ad orãdum ꝓ eis: ⁊ inquãtum paupe
res etiã fructũ capiunt: ⁊ eccleſia propter deũ
honoratur: ⁊ ſic Thob. 12. Sepultura iter cete
ras elemſynas computatˀ.
¶ Ex dictĳ pʒ facilitˀ via ſoluẽdi arg^a ad vtrãqȝ
ptẽ. ꝑ^a. n. auctoritas Au. ad ptẽ ꝑmã allegata
intelligenda eſt de ꝓfectu per ſe. ¶ Ad ſecun
dum dõm. ꝙ nõ eſt intelligendũ ꝙ ſepulchrũ
contẽni debeat abſolute: ſed ꝙ ꝓpter timoreʒ
carendi ſepultura nõ debent xp̃iani in chriſti
confeſſione trepidare.
¶ Ad ꝑmũ ad partẽ aliam dõm. ꝙ ſancti pa
tres fuerunt ſolliciti de ſepultura corpoꝝ ſuo-
rum ſcientes ꝙ eis poterat per accidẽs ꝓdeſ E
ſe: ⁊ etiã alijs vt oſtendetˀ in queſtione ſequen-
ti. ¶ Ad ſecundũ dõm. ꝙ impio non nocet ſe
peliri in loco ſacro: niſi ĩquantũ hanc ſepultu
ram ſibi indignã ꝓpter humanã gloriã ꝓcu-
rauit. vnde ex argumẽto nõ cõcluditˀ ꝙ ſepul-
tura corpoꝝ pijs animab⁹ proſit per ſe nec eis
nocet quicquid homĩes inimici faciũt de cor-
poribus eoꝝ vt expreſſe dicit augu. ꝑmo de ci.
ca. 13. ꝓbans hoc per illud ſaluatoris. Nolite
timere eos q̇ occidũt corp⁹: ⁊ poſt hoc nõ ha-
bent amplius q̇d faciant. Q̃õ. II.

**Secundo** queritˀ vtrũ ꝓficiat viuis ſepul
tura mortuoꝝ. Et videtˀ ꝙ nõ. A
Facere opus qḋ alij eſt inutile per accidẽs nõ
eſt meritorium facienti: q̇a opus maluʒ: qñqȝ
per accidens ꝓdeſt: ſed ſepultura corporũ nõ
prodeſt animabus: niſi ꝑ accidẽs: vt in prece-
denti q̃one dcm̃ eſt. g̊ viuis ſepelientibus non
ꝓdeſt ſepultura mortuoꝝ. ¶ Jtẽ facere ſum-
ptus in opus minus vtile: q̇ fieri poſſent ĩ ma
gis vtile facienti nõ ꝓdeſt: ſed expẽſe q̇ fiũt in
ſepulturis mortuorum poſſent fieri in op⁹ vti-
lius. ſ. ſi pauperibus darentˀ. ergo videtur ꝙ ta
lia facere facientibus non ꝓdeſt.
¶ Contra. Auguſtin⁹. lib. de cura ꝓ mortuis
agenda. longe poſt ꝑn^m. Thobias ſepelien-
do mortuos deũ promeruiſſe teſte angelo cõ- B
mendatur: vt habetur Thob. duodecimo.
¶ Reſpondeo. ꝙ ſepultura corporum ꝓdeſt
viuis ſepelientibus ⁊ alijs: quia tale opus fi-
dem reſurrectionis aſtruit: vt dicit Auguſti-
nus. libro preallegato parum poſt locuʒ pre-
dictũ. homines etiã ad faciendũ el'as excitat.

Añ augu.pͥmo de ci.c.14. dicit ꝙ in hoc salu/
briter dicitꝰ q̄ta possit esse remuneratio ꝓ eℓis
quas viuētibꝰ ꝛ assentiētibꝰ exhibemus.si nec
C hoc apud deum perit ꝙ ex animis hoiuꝫ mē/
bris officij diligentie qꝺ persoluitꝰ.subuenit ēt
in aliquo aiabꝰ defunctoꝝ ꝭm modū q̄ in ꝑce/
denti q̄one dictꝰ est.certū est aūt ꝙ facere opꝰ
quod fidē resurrectionis astruit: ꝛ largitionē
eccℓiaꝝ cōmendat: ꝛ aiabus defunctoꝝ subue
nit facientibus ꝓdest. Sepelientes ēt funera
suis corporibꝰ ꝛ alioꝝ viuoꝝ ꝓsunt:inquātuꝫ
ꝓseruant aerē ab infectione cadaueꝝ:q̄ viuoꝝ
corpora possent ifici:ꝛ hoc cum bona sit inten
tione opus est misericordie:ꝛ ex cōsequēti ani
mabus hoc facientium prodest.

¶ Ad pͫ in oppositū dōm. ꝙ opus prodesse
alij ꝑ accidēs dupliciter pōt itelligi:aut qꝛ est
pure passiua occasio vtilitatꝭ illiꝰ: qꝛ ex se ma/
gis ordiatꝰ ad defectū: quāuis hō ex bonitate
sua ide illius vtilitatē eliciat:ꝛ tale opꝰ faciēti
D nō prodest sed obest. Alio mō:qꝛ quāuis non
sit ꝑ se cā vtilitatis tñ ordinatꝰ ad inducenduꝫ
hoies ad faciēdū alterius vtilitatē: ꝛ tale opꝰ
prodesse potest facienti:tale aūt opus est mor
tuos sepelire. ¶ Ad 2ᵐ dōm. ꝙ maior falsa ē
nisi intelligatꝰ si faciat sumptus in opus minꝰ
vtile sub rōne qua minꝰ vtile: nō.n.peccat ho
mo faciendo bonū eo ipso ꝙ nō fiat maius cū
possit facere:nō.n.tenetur hō de necessitate fa
cere omne bonū qꝺ potest. faciēs aūt sumptꝰ
in sepultura quos posset alibi meliꝰ collocare
nō facit eos inquātū est opus minus vtile:sed
inquantū est vtile.debꝫ tñ fieri ꝭꝫ qꝺ recta ra/
tio dictat omnibus debitis circunstantijs ob/
seruatis. Questio. III.

A Tertio queritꝰ vtꝝ licitū sit cuilibet eligere
sepulturam in quocūq̧ sacro loco
voluerit.Et vꝛ ꝙ sic extra ꝺ sepuℓ.c.1. Nulli ne
gamus ꝓpriā eligere sepulturā ꝛ ēt alienam.
dñs.n.ꝛ magꝛ alienā eligit vt ꝓpriā. ¶ Item
13ᵒ.q̄.2.Ebrō.i fine.vbi q̄sq̧ tumulādus sit le
gibꝰ expssuꝫ nō ē.ꝛ iō i volūtate tumulādi ꝯsi
stit. ¶ Itē vnicuiq̧ hñti ꝓpriū licitū est cōde
re testamentum.vnde.19ᵃ.q.3ᵃ. Perlatum.§.
econtra.dꝛ ꝙ Paulus pͥmus heremita in te/
stamēto collobiū suū Atthanasio alexādrino
ep̄o reliquit:tunicam vero beato antonio:sed
q̄libet hꝫ suū corpꝰ ꝓpriū. g̊ de illo facere pōt
testm̄ eligendo sepulturā. ¶ Itē cuilibet lici/
tum est facere:illud qꝺ est ad salutē aīe sue: ſꝫ
eligere sepulturā in loco religioso vꝛ ꝓficere
ad salutem anime eligētis.g̊ licitum est cuili/
B bet hoc facere vt videtur.

¶ Contra.13ᵃ.q̄.2ᵃ.Facultates.§.Sicut.cō/
iugati in vno sepulchro videntur esse ponen/
di.ergo vxori nō est licitū eligere sepulturam
alibi q̄ꝫ vbi iaceat suus maritus. ¶ Itē oia q̄
sunt serui sunt dñi: sed seruus nō pōt condere
testm̄.13.q.2.Illud.g̊ cum corpꝰ serui sit in dñi
ptāte:q̄a ipꝫ vēdere pōt: nō licet sibi sine ꝯsen
su dñi sui corpis sui eligere sepulturaꝫ. ¶ Itē
extra de sepul.c.1.Statuimus vnūquēq̧ i ma/
ioꝝ suoꝝ sepulchris iacere vt patriarcharum C
exitꝰ docet.g̊ nulli licet alij eligere sepulturā.
¶ Itē nulli licet alicubi eligere sepulturā ni/
si bonū sit:sed si aliq̄s ad aliquod bonū faciē/
dū inducatꝰ fraude vel dolo:non ꝓꝑ hoc irrita
ri dꝫ illud bonū:ad quod iductꝰ est ille.hec.n.
pia fraus vocatꝰ:ſꝫ vt habetꝰ ex̄ de sepul. In no
stra.si aliq̄s fraude vel dolo iductus fuerit ad
eligēdū sepulturā alibi q̄ꝫ in sua ꝓchiali ec/
clesia ꝑ hoc nō ꝑiudicatꝰ ꝓchiali eccℓie.g̊ eli
gere sepulturā alibi q̄ꝫ in sua ꝓchiali eccℓia
nō est bonū:ꝛ ex ꝯñti non licet.

¶ Rñdeo.ꝙ q̄libꝫ adultꝰ compos sue mētis
libere pōt vbicūq̧ voluerit in loco magis reli
gioso eligere sepulturā.ꝛ locuꝫ magis religio
suꝫ voco illū in quo frequētiꝰ ꝛ honestiꝰ ꝛ de/
uotius ꝓ viuis ꝛ mortuis celebratꝰ: ꝛ talia sūt
loca in q̄bus sunt ꝯuentus religiosoꝝ fratrum
extra de sepul.Fraternitatē:ꝛ dico adultꝰ: q̄a
ifra ānos ꝯstitutis nō licet eligere sepulturā.
extra de sepul.In nr̄a.in textu ꝛ in glo. pater D
tñ ei potest sepulturā eligere:dūmō ꝛ ipse ibi
eligat sepulturā. ꝯsuetudini tñ loci relinquen
dū est.ex̄ ꝺ sepul.De vxore. in glo.ꝛ dico cō/
pos sue mētis.qꝛ q̄ nō ē cōpos sue mētis ñ po
test sepulturā eligetꝰ sibi.ex̄ de succes. ab itesta
to.cū dilectꝰ.dico in loco magis religioso: qꝛ
si in loco minꝰ religioso eligat q̄ꝫ sit ille i quo
in infirmitate constitutus sua recipit sacramē
ta:videtur hoc facere ex odio vel superbia: vꝛ
aliqua alia temeritate:sed nulli licet temerita
te ꝓprij arbitrij in alia ecclesia sepulturaꝫ eli/
gere q̄ꝫ in illa cui vsus parentuꝫ antiquoꝝ ca/
nonica institutione subiacere prohibetꝰ.13.q.2.
Placuit.Huic opinioni etiaꝫ cōcordat illud
quod hētur extra ꝺ sepul.Fraternitatē.Got/
fredus tamen dicit ꝙ eligi potest sepultura ēt
in loco minus religioso : duꝫ tamē ille qui eli E
git nō fecerit hoc ex illectione alterius aut ex
odio vel cōtēptu ꝓprij sacerdotis ꝛ relinquat
ꝓchiali ecclesie legitimā portionem ꝛ opio
nem suā cōfirmat per illud quod habetꝰ extra
de sepul.In nostra.Sed siue ista opinio sit ve
rior q̄ꝫ pͥma siue non:certum est tamē ꝙ ep̄us
in minori ꝛ minꝰ religiosa ecclesia eligere po
test sepulturā.12.q.2. Bone.cuius rō est.qꝛ ꝑ/

pter reuerẽtiã τ dignitatẽ officij sui ꝑsumit ꝙ
ꝓpter sepulturã sui corpis sublimabit illa ec/
F cclesia: τ magis religiosa reddet. Videt ẽt mi/
hi ꝙ hodie vnicuiqꝫ cui licitũ ẽ eligẽ sepultu/
ram liberũ sit ex ꝯsuetudine eligere eã in quo/
cũqꝫ loco voluerit cui ꝯuenit ius funerãdi ex
iure cõmuni vl' ꝓuilegio: dũ tñ suã parrochia/
lem eccl'iam in aliquo respiciat ẜm patrie mo
rem. si tñ dimittat locũ magis religiosum pro
min⁹ religioso nõ bñ facit nisi forte magnitu/
do deuotiõis quã hʒ ad illũ ex aliqua spãli cã
recompenset. idigena aũt q̃ sepulturam nõ eli
git sepeliet cũ ꝓpinq̃s vel vbi decimas ꝓsol/
uebat. 13. q. 2. vbicũqꝫ tempor. semp tñ ꝯsuetu/
dini standũ est. peregrinãs aũt in aliã religio
G nem ibi sepeliat vbicũqꝫ elegerit sepulturam:
dũ tñ sit locus cui ꝯueniat ius funerandi ex iu
re cõmuni. vel ꝓuilegio. 13. q. 2. Placuit. si aũt
sepulturã nõ eligat sepeliri dʒ in illa ꝓchia/
in qua in ĩfirmitate mortis ꝯstitut⁹ sua recepit
sacramenta. 13ª. qõ. 2. Vbicunqꝫ in glo. τ extra
de sepulturis. In nostra.
¶ Ad ꝓ^m^ i oppo^m^ dõʒ. ꝙ illa auctas ẽ itelligẽ
da exceptis illis q̃ i corpe qõnis excepti sunt.
¶ Ad 2^m^ sil'i mõ dõm est. ꝙ tñ dr̃ ibi non esse
exꝓssũ vbi q̃sqꝫ tumulãdus sit corrigit ꝑ illud
qð hr̃. supra ea. q. 1. c. 1. τ ĩfra ea. q. Vbicunqꝫ. τ
ca. Placuit. ¶ Ad 3^m^ dicendũ. ꝙ religiosi ꝓ
H ꝓpꝛij corpis ptãtem nõ habẽt. corp⁹ eni eorũ est
in potestate sue religionis. Paulus. n. ꝓmus
heremita: quamuis fuerit religiosissimus san/
ctitate: nõ tñ erat i religiõis statu. ¶ Ad 4^m^
dicẽdũ. ꝙ q̃ aliq̃d in alteri⁹ ꝓiudicium facit in
hoc nõ facit vtilitatẽ aĩe sue. vñ si vir itret reli
gionẽ inuita vxore nõ faceret vtilitatẽ anime
sue. si ãt religiosus alibi eligeret sepulturã q̃ꝫ
in sua religione ꝓiudicaret sue religioni: i po/
testate cui⁹ est corp⁹ suũ. τ ideo nõ faceret vti/
litatẽ aĩe sue. silr̃ dico de quocũqꝫ q̃ sepulturã
eligeret ꝯ̃ cõsuetudinẽ τ ius cõmune.
¶ Ad ꝓmũ ad partẽ secundã dicendum. ꝙ il
lud v̓bũ itelligendũ est quãdo vxor sepulturã
nõ eligit. tunc. n. sepeliri debʒ vbi sepultus est
suus marit⁹: τ si plures hũit sepeliri dʒ vbi se/
I pultus est vltimus. Aliq̃ tñ dñt illud verbum
esse ꝯsiliũ nõ ꝓceptũ. vñ si marit⁹ sepult⁹ est ex̃
ꝓchiã illaʒ in qua vxor in ĩfirmitate mortis
ꝯstituta sua recepit sacr̃a si non eligat sepultu
ram nõ sepeliet cũ viro suo: sed i ꝓchia illa:
nisi loci vel pr̃ie obstiterit consuetudo. ꝙ aũt
mulieri licitũ sit alibi sepulturã eligere q̃ cuʒ
viro suo ẽt sepulto in ꝓchia in qua ipsa mo
riens sua recipit sacr̃a pʒ ex̃ de sepul. De vxo
re. vbi dr̃. õ vxore v̓o vtrũ quẽadmodũ vir libe
rã hr̃e debeat sepulturã nobis vr̃ ꝙ nulla sup.
hoc iter virũ τ mulierẽ sit facienda distictio: sʒ
vtriqꝫ in casu isto equalẽ esse credimus facul/
tatẽ: cũ electio ista ad eũ post statũ ꝑtineat in K
quo mulier soluit a lege vi. ¶ Ad 2^m^ dicẽdũ.
ꝙ quãuis seruus nõ possit cõdere testamẽtuʒ
sine cõsensu dñi: tñ eligere põt sepulturã. 13. q.
2ª. Illð. § . Qr̃ g. illa. n. electio ad illũ statũ ꝑ/
tinet in quo seru⁹ soluit a lege dñi sui tpalis. si
mili mõ vr̃ opiari quo ad hoc dñs Hostieñ. õ
religioso all'ans illð qð dr̃ extra õ exces. ꝓlato
rum. Nimis iniqua. qꝛ vt dicit ipse illa electio
ad illud tp̄s pertinet in quo religiosus a iugo
obediẽtie absoluit. ¶ Sʒ in ꝯ̃riũ vr̃ esse ꝯsue/
tudo rõnabil': qꝛ q̃ ꝓprie voluntati renũciauit
que i hoĩe maius est: nõ vr̃ ꝙ ordinãdi de cor
pore suo retinuerit ptãtem. Preterea. ꝓba
bile est ꝙ illi de monasterio suo magis erunt
solliciti de aĩa eius q̃ alij. ¶ Preterea. si ali/ L
bi eligeret sepulturaʒ scandalizaret monaste/
riũ suũ. Illa ãt decretalis quã all'at Hostieñ.
ꝓ sua opiõne loq̃tur ꝯ̃ illos q̃ volebant ꝙ reli
giosi sepelirẽtur in parrochiali ecclesia. vnde
non multum facit ad ꝓpositũ suum: qꝛ sicut
dr̃ decre. dis. 29. Sciendum. ex persona tempo
re τ loco τ causa regule canonice debent itel/
ligi. ¶ Ad 3^m^ dicendũ. ꝙ hoc itelligitur de il
lo qui non elegit sepulturam: quod pʒ. qꝛ ime
diate subiungitur. Nulli tamen negamus ꝓ/
ꝓpriam eligere sepulturaʒ: τ etiã alienã. ¶ Ad
quartum dicendum. ꝙ aliquando aliquid est
homini licitum τ bonum. si hoc faciat ex libe
ra voluntate: qð non esset bonũ nec licituʒ si/
bi facere ꝑ iductões dolosas. sicut i multis ca
sibus exemplificari posset. Qõ. IIII.

Quarto queritur vtruʒ funeralia illius q̃ A
elegit alibi q̃ i sua parrochia se/
peliri debeãt esse sue parrochialis ecclesie vel
illius in qua sepelitur.
¶ Respondeo. ꝙ parrochialis ecclesia de fu
neralibus illius defuncti debʒ habere portio/
nem. canonicaʒ. 13. q. j. Ecclesias. per totũ. etiã
si ille religionem itret existens in ĩfirmitate õ
qua moritur. extra de sepul. De his. est auteʒ
canonica portio accipienda secunduʒ consue
tudineʒ terrarum vt vitetur scandaluʒ: quod
potest ex hoc argui: qꝛ diuersa copula diuersi/
mode taxat canonicam portionẽ. dicitur eni
extra de sepul. c. j. ꝙ illa portio debet esse ter/
tia pars. τ c. seq̃nti dr̃ ꝙ debet esse media ps.
τ c. In nostra. dicit ꝙ debet esse quarta pars:
vtrum etiam canonica portio se extẽdat ad al
legata dñt aliq̃ ꝙ sic. dr̃. n. extra de sepul. Cuʒ B
sup. Statuimus vt si aliquis parrochianorũ

vestrorũ alibi contingerit eligere sepulturam de testaméto ipsi⁹.4ᵗ.vobis portio relinquatur.infra tñ i.c.In nostra.excipiuntur eq̃ ⁊ arma q̃ in subsidiũ terre sancte habẽt hospitalarij libere si ab illis q̃ apud eos sepulturam eligunt eis in testaméto reliquunt: sʒ illa decre. Cuʒ super.per ꝯtrariam ꝯsuetudinẽ in multis locis abrogata est.vnde vbi est ꝯsuetudo contraria standũ cõsuetudini: debet tamẽ eligẽs sepulturã alibi q̃ʒ in sua parrochia suã parrochialeʒ ecclesiã in aliquo respicere ꝫm patrie morẽ.dñt etiaʒ aliq̃ ꝙ illa decre.Cũ super.nõ itelligitur nisi de parrochiãis cathedralis ecclesie.quod ꝓbãt per hoc ꝙ dñs papa loq̃tur preposito ⁊ capellano Fauentino: nec se extẽdit ad ea q̃ legant̃ singulari ꝑsone:quod ꝓbãt ꝑ illud qδ supra dr̃ de testis.Req̃sisti.§.vlt.

Articulus. vii.



Consequẽter q̃ritur de 7ᵒ ꝑncipali. ¶ Et circa hoc queruntur quatuor. ☞ Primo vtrũ oẽs anime defunctorũ in charitate cognoscant orõnes nr̃as. ☞ Secundo vtrum oẽs orent ꝓ nobis. ☞ Tertio vtrum oium orõnes quas faciunt ꝓ nobis exaudiantur. ☞ Quarto vtrum aie beate orẽt ꝓ illis que sunt in purgatorio. Q̃ō. i.

A Primo ostendo ꝙ non omnes aie defunctorum in charitate cognoscũt orationes nostras. Isa.63. Abraam nesciuit vos: ⁊ israel ignorauit vos.ergo a simili ignorauerunt orationes nostras. ¶ Item Job.14.dicitur de defuncto ꝙ siue nobiles fuerit filij eius siue ignobiles nõ itellẽt. ¶ Itẽ august.lib.de cura ꝓ mortuis agenda:inter medium ⁊ finẽ. Ibi sũt spũs defunctorum vbi nõ vidẽt quecũq̃ agunt̃ aut eueniunt in ista vita hominibus.

¶ Contra.Greg.12.lib.mora. paruʒ ante mediuʒ. q̃ intus omnipotentis dei claritatem vident nullo modo credẽdum est ꝙ sit foris aliquid quod ignorent.ergo aie beate vidẽt orationes nostras. ¶ Iteʒ vt habitũ est superius de suffragio ꝓ quolibet facto exñte in purga-

B torio omnes alij gaudent:sed nõ gauderẽt nisi cognoscerent.g̃ orõnes nostras cognoscũt.

¶ Respondeo. ꝙ aiarum illoruʒ qui sunt in charitate defuncti:quedã sunt iaʒ beate:quedã adhuc in pena purgatorij existentes. Beate omnes orationes nostras quas eis porrigimus cognoscunt in verbo dei qδ clare vidẽt: quãuis enim non videant omnia quecunq̃ videt verbum:tamẽ ꝓbabile est ꝙ in eo: videãt oĩa que facimus ⁊ dicimus:⁊ que in corde gestamus ad reuerentiam earuʒ. Anime do existentes in purgatorio quãuis per effectus cognoscant suffragia efficacia ꝓ qualibet illarũ facta: tamẽ vt dñt q̃daʒ si eis porrigimus orationes:vt ꝓ nobis dñm deprecent̃: eas nõ cog-

C noscunt:q̃ non cognoscunt eas in verbo:q̃ adhuc nõ vidẽt:neq̃ eas ṽtute nãli cognoscere possunt.⁊ ideo ꝫm istos inanes sunt orationes si q̃s eis porrigimus. ☞ Alijs magis pie sentientibus vr̃ ꝙ si q̃s eis orationes porrigimus eas cognoscunt:tamen non sua ṽtute nãli:nec in verbo:sed q̃ aliquas audiũt ab eis q̃ hinc ad eos moriẽdo pergunt: aliquas ab angelis bonis:aliquas reuelatione diuina:vt.n. dicit Au.lib.de cura ꝓ mortuis agenda.inter medium ⁊ fineʒ.Hoc triplici modo aliqua de factis viuorum veniunt ad cognitionem spirituum defunctorum.

¶ Ad ꝑmum in oppositũ dñ.ꝙ illud intelligitur de cognitione que est per nãlem virtutem cognoscẽtis. ¶ Ad 2ᵐ dici põt illud verbum non itelligi de aiabus eorum q̃ in charitate decesserũt.vñ Greg.exponẽs illud.12. lib.moral. paꝝ ante mediũ dicit.Carnales quicunq̃ amoreʒ precipuum filijs impendunt: hoc eos beat⁹ Job nescire postmodũ asserit qδ hic vehemẽter amauerunt vt siue nobiles siue ignobiles sint filij nesciãt:quorum eos semp cura fatigabat. ¶ Ad 3ᵐ dõʒ.sicut ad ꝑᵐ. Q̃ō. ii.

Secundo querĩt vtrũ omnes anime defunctorum in charitate orẽt pro

A nobis.Et vr̃ ꝙ non. orare est officium mediatoris inter deum ⁊ illos ꝓ q̃bus orat: sed nos sumus mediatores iter eos q̃ sunt in purgatorio ⁊ deũ ꝓ eis orando. g̃ ipi nõ sunt mediatores iter nos ⁊ deũ orando ꝓ nobis. ¶ Iteʒ q̃ adiuuari idiget ꝑus orare dʒ ꝓ se q̃ꝫ ꝓ alio: sʒ nõ iuenimus ꝙ aie exñtes in purgatorio ꝓ seipsis orent:cũ tñ auxilio idigeant. g̃ nõ est ꝓbabile ꝙ orẽt ꝓ nobis. ¶ Itẽ beati dei voluntatẽ vident.ergo vident vtrum deus velit vel nolit illud ꝓ q̃ vellẽt orare.si vidẽt ipm nolle frustra orarẽt.si vidẽt ipʒ velle orarẽt supflue.

¶ Contra.dicit beatus Petrus.2ᵃ canonica sua.c.1.Dabo operam frequenter habere vos post obitum meum vt horum memoriã faciatis. ¶ Item.2ᵒ Macha.vlti.dr̃ de Hieremia. Hic est qui multuʒ orat pro populo ⁊ vniuer-

B sa sancta ciuitate.

¶ Respondeo.ꝙ omnes anime defunctoruʒ in charitate orãt ꝓ nobis.orare.n.est op⁹ charitatis:ipsi aũt cõfirmati sunt in charitate:⁊ si exñtes in charitate nõ ꝯfirmati ante mortẽ ꝓ nobis orabãt:ꝓbabilius est ꝙ pro nobis orẽt

in charitate ↄfirmati: sed aie beate orãdo pro
nobis nullã ↄsequuntur vtilitatẽ nisi in hoc ꝙ
in augmentatione numeri ciuium supernoꝝ
crescit aliquale gaudiũ accñtale singulorum.
C orones aũt quas pro nobis faciunt exñtes in
purgatorio interdũ redundãt ad alleuiatiões
pene eorum: nõ qꝛ i hoc mereant cum sint ex/
tra statum merendi: loquendo de merito pro/
prie dicto: sed qꝛ inquantum nos per eoꝝ oro
nes effecti meliores efficaciora facim⁹ suffra/
gia ad subleuationem pene eorum.
¶ Ad ꝑmum in oppositum dõm. ꝙ orare si/
cut mediator ex officio nec ↄuenit illis q̃ sunt
in purgatorio respectu nostri: nec nobis iferio
ribus respectu eorum. sic enĩ competit ange/
lis ministrantibus nobis: qꝛ ad mĩstrandũ no
bis ex officio deputati sunt. sic ẽt conuenit sa/
cerdotibus esse mediatores iter deum ꝛ popu
lum: sed mediare iter deũ ꝛ aiam per modum
B charitatis cõmunis conuenire potest ꝛ illis q̃
sunt in purgatorio respectu nostri: ꝛ nobis re/
spectu eoꝝ. sic. n. iferiores mediare possunt in/
ter superiores ꝛ deũ: nõ tamẽ dico ꝙ existẽtes
in purgatorio sint iferiores nobis: sed superio
res iquantũ sunt confirmati in charitate: nos
aũt nõ. ¶ Ad secundũ dõm. ꝙ minor est fal
sa. cum. n. mentalr clamẽt ad nos vt eis subue
niamus: quod nobis spũaliter datur itelligi.
Job. 19. vbi in persona coꝝ dr nobis. Misere/
mini mei miseremini mei: credẽdũ est ꝙ mul
to fortius clamãt ad iudicẽ vt eis misereatur.
¶ Ad 3m dõꝫ. ꝙ bti vident deũ velle facere il
lud ꝑ quo rogãt: tñ ad ꝑces coꝝ. Qõ. iii.

Tertio queritur vtrum orones oium ani
maꝝ que recesserunt a corporibus
A in charitate: quas faciunt ꝑ nobis: exaudiant.
Et videt ꝙ non. Hiere. 15. Si steterit Moyses
ꝛ samuel coram me nõ est aia mea ad populũ
istũ. ¶ Itẽ apoca. 6. Martyribus vindictam
petentib⁹ de his q̃ hitant in terra respõsũ est
vt reqescerẽt adhuc tp̃s modicũ donec ↄpleã
tur ↄserui coꝝ. ergo nõ omnes orones sancto
rum exaudiunt. ¶ Item q̃ aliquid alij orãdo
impetrat aliquo modo illi meretur. ſꝫ anime
a corporibus separate non sunt in statu merẽ
di. ergo nobis per earum orones nihil impe/
tratur. ¶ Itẽ vnicuiqꝫ idigenti plus prodest
oro sua q̃ alij. Sed illi qui sunt in purgatorio
sunt idigentes: ꝛ tamẽ sua oro non ꝑdest eis:
B qꝛ tunc statim a pena liberarẽtur. g̃ multo mi
nus orones eorum exaudiuntur ꝑ nobis.
¶ Contra. dr Job. 5. Ad aliquẽ sanctoꝝ con/
uertere: sed illa ↄuersio esset frustra si orones
eorum ꝑ nobis nõ exaudirent. ergo orationes
sanctorum ꝑ nobis exaudiunt. ¶ Itẽ oẽs ora
tiones amicorũ dei ab ipso exaudiuntur nisi
sit impedimentũ ex parte illoꝝ ꝑ quibus ora
tur: sed oẽs anime existẽtes in charitate sunt
amice deo. ergo omnium animarũ orationes
quas faciunt pro nobis nisi sit impedimentuꝫ C
ex parte nostra exaudiuntur.
¶ Respõdeo. ꝙ orones oium aiaꝝ que reces
serunt a corporib⁹ in charitate: quas faciũt ꝑ
nobis: quedã sunt beataꝝ: quedã adhuc in pe
na exñtium. beate dupl'r orant ꝑ nobis. s. ex/
presse ꝛ iterpretatiue. ꝑmo modo orant ꝑ no/
bis cũ expresse petunt a diuina clementia aliqd
bonũ nobis fieri: vel aliquod malum a nobis
remoueri. iterpretatiue orant ꝑ nobis inquã/
tum eorum merita in conspectu dei existentia
non solum eis cedunt ad gloriã: sed etiã quã/
tum est ex parte sua sunt nobis quedaꝫ suffra
gia. Primo modo orones coꝝ ꝑ nobis sem/
per exaudiunt: qꝛ sic nihil petũt: nisi qd vidẽt
deũ velle facere ad ꝑces coꝝ. Sꝫ 2o modo nõ B
semp exaudiuntur ꝑpter impedimentũ a par
te nostra. Orationes aũt aiarũ exñtium in pur
gatorio forte non semper exaudiunt: sicut nec
nostre: qꝛ nõ sic vident volũtatẽ dei sicut bea/
te: tamen eaꝝ orones multis viuis ꝑsunt: imo
oibus nisi sit ipedimentũ ex parte nostra. si. n.
nõ ꝑsunt hoc est: aut qꝛ sunt in pena: sed hoc
est falsũ: qꝛ tũc orones nostre q̃ sumus in pe/
na nõ ꝑdessent. aut hoc est: qꝛ sunt extra merẽ
di statũ: sed hec ratio nulla est: qꝛ tunc orones
beataꝝ aiaruꝫ nobis nõ ꝑdessent: aut hoc est:
qꝛ cũ hoc ꝙ sunt adhuc extra statũ merẽdi vi
sioẽ dei carent: sed hec rõ nulla est: qꝛ vt hr. 2o
Macha. c. vltimo Hieremias q̃ extra statum E
merẽdi erat: ꝛ adhuc visione dei carebat ora/
uit ꝑ filijs Israel: ꝛ fuit ei⁹ oro exaudita.
¶ Ad ꝑmum in oppositũ dicendum. ꝙ illud
verbum sic itelligendum est: ꝙ si Moyses ꝛ
Samuel illo tẽpore fuissent in mortali vita ꝛ
orassent pro illo populo orones coꝝ non fuis/
sent exaudite ꝑpter malitie magnitudineꝫ: q̃
tunc erat in populo illo. ¶ Ad 2m dõm. ꝙ illa
martyꝝ oratio non erat absoluta petitio ꝙ sta
tim fieret vidicta: sed erat ad exprimendũ desi
deriũ scõe stole. vnde glo. desiderãt ma⁹ ꝛ san
ctoꝝ ↄsortiũ ꝛ iusticie dei ↄsentiunt. ¶ Ad 3m
dõm est. ꝙ drñtia est inter mereri ꝛ ipetrare ꝑ
orõnẽ. meritũ. n. ꝑꝑe loquendo initit eq̃tati: ꝛ
cuidã eq̃litati ꝑportõalitatis meriti ad ꝑmiũ.
ipetrare ãt aliqd ꝑ modũ suffragij orando ini
titr libalitati ꝛ benignitati illi⁹ q̃ orat. Alij dñt F
ꝙ quãuis sint ex statuꝫ merendi pro se: nõ tñ
pro nobis. ¶ Ad 4m dõm. ꝙ oro exñtium in

purgatorio eis prodest ad augu^m gře nec glo rie: qr quo ad hoc sunt totaliter. extra statum impetrandi aliq̄d ꝓ se: sed quātum ad mitiga tionē pene sue ⁊ abbreuiatōez: nec ꝓpter hoc seq̄tur ꝙ statiꝫ liberenť a pena: qr nec hoc pe tunt: sed diue misericordie supplicant: vt secū dum beneplacitum suum misereatur eorūz: ⁊ hec oratio exauditur. Qō. iiii.

a **Quarto** querit vtꝝ aīe beate orent pro il lis que sunt in purgatorio. Et vi detur ꝙ nō: qr orōnes aīarum beataꝝ semper exaudiunť. ergo si orarent ꝑ illis que sunt in purgatorio ille stati a pena libarenť. ¶ Iteꝫ. nullus sapiens orat pro amotiōe eius de quo letatur: sed sancti letanť de punitōe exñtiuꝫ in purgatorio. dicit. n. psal. Letabitur iustus cuꝫ viderit vindictam. ergo non orant pro amo tione pene eorum.

¶ Contra. magister hui⁹ di. c. 5. dicit de illo q̄ in articulo ꝯsumatōis seculi migrabit. suffra gijs tñ idigens ꝙ: adiuuabiť meritis ⁊ itercessiōibus ecclesie celestis. ergo a simili ⁊ illi qui modo sunt in purgatorio ecclesie celestis in tercessionibus adiuuantur.

¶ Respōdeo. sicut in corpore nāli membra fortia idigentib⁹ subueniunt. sic in corpore my stico ecclie nō tm̄ dēbēt sibi subuēire membra iter que est idigentia mutua: sed ēt illa q̄ non

B idigēt adiuuari ꝯueniēs est idigētib⁹ subueni re. illi aūt q̄ sunt in purgatorio cuꝫ sint in cha ritate sunt membra corporis mystici ecclie: ⁊ idigēt adiutorio. couenieñs ḡ est bonos q̄ sunt ecclesie membra adiuuari nō idigentia illis q̄ sunt in purgatorio suis orōnibus subuenire.

¶ Ad pmum in oppositū dōm. ꝙ quāuis san cti orent ꝑ eis: nō ꝓpter hoc sequiť ꝙ ipsi sta tim a pena liberenť: qr nec hoc petunt sancti: sed vt deus eis subueniat quātum vident ipm velle eis subuenire ad pces eoꝝ. ¶ Ad 2^m di cendū. ꝙ sic sancti letanť de dei iustitia: ita de misericordia: qr vident vnaꝫ in nullo aliꝫ pre iudicare: sed alij concordare.

C **Circa** litteraꝫ. Cuꝫ facta erit resurrectio bo norum gaudiū ampli⁹ erit. Hoc ex poneť in qōne di. 49. Et maloꝝ tormenta gra uiora. hoc declarabiť dist. 50. Animas abditis receptaculis cōtineť. abdita dicunť: qr modo nō sunt nobis manifesta. Sacrificiū mediato ri. i. sacrificiū eucharistie. Ad hoc ꝓsunt: vt sit plena remissio vel certe vt tolerabilior sit ipsa dānatio. hoc exponeť di. sequēti: qr de hoc fiet arg^m ad illā qōnem. Vtꝝ pena dānatoꝝ p suf fragia ecclie minuať. Et sacrificio salutari. i. sa cramēto eucharistie. hoc. n. sacfm ⁊ si per mo dū sacfi nō ꝓficit nisi ipm sacfaliter mānducā tib⁹: mortuis tñ ꝓdest p modū sacrificij. sic. n. ꝓdest oībus idigentib⁹ ecclie mēbris ꝓ q̄bus offerť. Iniuria ē pro martyre i ecclesia orare.

¶ Cōtra. supradcīn ē ꝙ suffragia ꝓ valde bo nis graꝝ actōes sūt. ¶ Rñdeo. ꝙ iniuria est D orare ꝑ illo quē certū est nob eē martyrē. si āt facim⁹ suffragia ꝓ aliq̄b⁹ q̄ iā bti sūt: sꝫ nobis nō ꝯstat: nec p reuelatōꝫ: nec p ecclie testim^m: si ꝓ talib⁹ facimus suffragia: q̄uis eis non ꝓ sint: tñ eis nō iniuriā facimus: sꝫ ista suffragia graꝝ actōes sūt. Dici pt nō ei magis valuisse gnālia ⁊ spālia q̄ paupi sola generalia suffra gia. ¶ Rñsio āt hec est fřa. Loqť. n. magř de paupe ⁊ de diuite q̄ eq̄lit meruerūt adiuuari p⁹ mōtē. Pōt tñ dici illa pla subsidia diti ꝯtu lisse celeriorē absolōnem. Hec rñsio va ē. Nō pleiorē. qd sic dꝫ itelligi. s. ꝙ nō pp hoc hēbit glīā maiorē. Dūr āgeli orōnes: ⁊ vota nřa do offerre: qr illud idē qd a deo efficacit i orōne petim⁹ ipsi ꝓ nobis orādo petūt efficaci⁹: si ē E aliq̄d quod vidēt deū velle fieri p orōnes coꝝ sic petitōeꝫ quā fac simplex hō corā iudice re sumit aduocatus: ⁊ eā ꝓponit efficacius. Bo num coꝝ est de operibus suis eius ꝯsulere ve ritatē. hoc cōsiliū est cōuersio coꝝ ad deuꝫ: vt ab eo illuminatione recipiāt de agendis.

¶ **Si valde malis detur mitigatio pe ne. Distinctio. XLVI.**



Ed queritur hic de valde malis vtrū ⁊ ipsi in aliqua penarum mitigatione dei misericordiam sentiant vt minus q̄ meruerint puniā tur. Quidā autumāt eos nullā releuatio nem pene habituros: qd ꝯfirmant Jaco bi auctoritate dicētis. Judiciuꝫ sine mi sericordia fiet illi q non fecit misericor diā. Augu. etiā ait. Misericordia hic: iu diciū in futuro. Ideꝫ distiguēs q̄uo oēs vie dñi sint misericordia ⁊ veritas ait. Erga sanctos oēs vie dei misericordia: erga iniquos oēs vitas: qr ⁊ in iudicādo subuēit: ⁊ ita nō deest misericordia: ⁊ in miserādo id exhibꝫ qd ꝓmisit ne dīit ve ritas. Erga oēs aūt quos liberat ⁊ dam nat oēs vie sunt misericordia ⁊ vitas: qr vbi non misereť: vindicte veritas dať.

Dicens vbi non misereť: dat ĩtelligi ali-
quid a deo fieri vbi ipse nõ miseretur.
Sed his occurrit quod ait Cassiodorus
super psal. ci. loquens de misericordia ꝛ
pietate dei. He due inqt res iudicio dei
semp adiũcte sunt. Ergo ꝛ in punitione
malorum non est iustitia sine misericor
dia. Idez de iudicio ꝛ misericordia ait.
Hec duo mutua societate sibi iungũtur
In his breuiter oĩa opera dei includit.
Aug. quoqꝫ respõdẽs illis qui reprobo-
rum supplicia finẽ habitura cõtendunt:
ita illoꝝ repellit opinionẽ asserẽs repro
bos perpetuo puniẽdos: vt eoꝝ suppli-
cia mitigari aliquatenus nõ neget. Fru
stra inquit nõnulli eternã damnãdorũz
penã: ꝛ cruciatus sine ĩtermissiõe perpe
tuos humano miserẽtur affectu: atqꝫ ita
futurũ esse nõ credũt. Nõ quidem scri-
pturis aduersando diuinis. sꝫ ꝓ suo mo-
tu dura queqꝫ molliẽdo: ꝛ ĩ leuiorẽ fle-
ctẽdo sentẽtiam. que putãtur in eis ter
ribilius esse dicta ꝙ̃ verius. Non enĩ in-
quiũt obliuiscet̃ misereri deus.: vt con-
tineat ĩ ira sua misericordias suas. Hoc
quidẽ in psalterio legitur: sed ď his ĩtel
ligitur qui sunt vasa misericordie: qꝛ ꝛ
ipsi nõ ꝓ meritis suis: sed deo miserãte
de miseria liberantur. Aut si hoc ad oẽs
estimãt pertinere: nõ ideo necesse est vt
damnationẽ opinẽtur finiri posse eorũz
de qbus dcm̃ est. Ibũt hi in supplicium
eternũz. Ne hoc modo puteť habitura
felicitas eoꝝ de qbus ecõtrario dcm̃ est
Iusti autẽ in vitã eternam. Sed penas
damnatoꝝ certis temporibꝰ estiment si
hoc his placet: aliquatenꝰ mitigari. Et
sic quippe ĩtelligi potest manere ira dei
in illis. i. ipsa damnatio. Hec enĩ vocať
ira dei nõ diuini animi perturbatio. vt
in ira sua. i. manẽte ira sua nõ contineat
miserationes suas: nõ eterno supplicio fi-
nem dãdo: sed leuamen ꝓhibẽdo vel in
terponẽdo cruciatibus: qꝛ nec psalmus
ait ad finiẽdam iram suã: vel post iram
suã: sed in ira sua. Que si sola esset: alie-
nare a regno dei ꝛ carere magna multi-
tudine dulcedinis dei: tam grãdis tamẽ
est pena: vt ei possint nulla tormẽta que
nouimus cõparari: si illa sit eterna: ista
autem si quãlibet multis seculis longa.
Manebit ergo sine fine mors perpetua
damnatoꝝ: ꝛ ipsa omnibus erit cõis: si-
cut manebit cõmuniter omniũ vita eter
na sanctoꝝ. Ecce ita asserit hic penas re
proboꝝ nõ esse finiẽdas: quod nõ impro
bat si dicatur eoꝝ supplicio aliquod le-
uamẽ adhiberi. Unde nõ ĩcongrue dici
potest deũ ꝛ si iuste id possit: nõ oĩno tm̃
punire malos in futuro quãtum merue
rũt: sed eis aliquid quãtũcũqꝫ mali sint
de pena relaxare.

¶ Determinat premissas auctoritates.

Q Uod ergo dcm̃ est iudiciũ sine
misericordia fieri illi qui nõ fe-
cit misericordiã ita ĩtelligi põt.
Qꝛ iudiciũ damnationis fiet illi qui non
fecit misericordiã ꝓ eo ꝙ fuit sine mise-
ricordia: vel fiet iudicium ei sine miseri
cordia liberãte ꝛ saluãte: qui tamẽ in ali
qua pene alleuiatiõe misericordiaz dei
sentiet. Ita cuz dr̃ misericordiã hic: iudi
cium in futuro: nõ negatur quin in futu-
ro sit misericordie effectus: ꝛ in electis
qui per misericordiã ab omni miseria li
berabũtur: ꝛ in reprobis q minus ꝙ̃ me
ruerũt cruciabũtur. Sed hic nõ sine cã
dr̃ fieri dei misericordia: ꝛ iudiciũ in fu-
turo: qꝛ ꝛ hic multis modis misereť deꝰ
quibus nõ miserebitur tunc. Uocat eniz
deus nũc peccatores: ꝛ iustificat: qđ non
faciet: ꝛ tũc reddet singulis secũduz me
rita sua. manifeste iudicabit qui nũc oc-
culte iudicat. Cuius occultũ iudiciuz vt

ait Augu. ītelligitur pena: quia q̄sq; vel exercetur ad purgatiōem vel mouetur ad cōuersiōem: vel si cōtemnit excecat̄ ad dānatiōem. Occultū ergo iudiciū dei pena dr̄ qua iudicat purgādo: cōuertēdo vel excecando: iudicia quoq; dei īterdū appellātur dispēsationes eius de oibus rebus. Unde. q̄ icomprebensibilia sunt iudicia eius: ⁊ iudicia eius abyssus multa. Iudiciū aūt quo in futuro iudicabit ītelligit̄ sn̄ia iudicis qua ventillabitur area. i. diuidētur local'r boni a malis misterio angelorum: ⁊ isti in vitā ducentur: illi in suppliciū mittentur: q̄ nūc simul mixti sunt.

¶ De iustitia ⁊ misericordia dei.

Sed quomō iustitiā dei ⁊ pietatem. i. misericordiā supra Cassio. duas esse res dixit: que semper adiūcte sunt iudicio dei. Iustitia. n. dei ⁊ misericordia nō due res sūt: sꝫ vna res. i. vna diuina essentia est sicut supra pluribꝰ auctoritatibꝰ ostēsum est. Quia nō est deo aliud esse misericordē q̄ misericordiā: nec iustū q̄ iustitiam: sed idē ꝓrsus. Nec aliud est ei esse misericordē q̄ iustum: vel misericordiā q̄ iustitiam sed oīno idem: q2 nō denominatiue: sed essential'r hec de deo dicūtur. Cur ergo dicit scriptura de operibꝰ dei quedam esse misericordie: quedā iustitie? Si enī iustitia dei misericordia est: quecūq; sūt opera misericordie esse vidētur iustitie ⁊ ecōuerso. His respōderi potest sic. illis locutionibus q̄bus huiusmodi operū fiunt distinctiōes: vt alia misericordie: alia iustitie: alia bonitati attribuantur: non diuersitas subiacentis. i. rei his vocabulis significate exprimitur: sed varietas sensuum ⁊ effectuū in creaturis monstrat̄. Cū. n. dr̄ deus iustus vel iustitia: essentia diuina predicatur: ⁊ etiā q̄ ipse sit distributor ⁊ iudex meritorū ītelligi datur. Ita et cū dr̄ misericors: essentia diuīa predicatur: ⁊ insuper q̄ ipse sit miserorū liberator ītelligi datur. Similiter cum dr̄ bonus essentia diuina predicatur. Et cum dicitur deus ⁊ insuper auctor omnium bonorum ostenditur. Ita ⁊ cū dr̄ deus: essentia diuina predicatur: ⁊ ipse timēdus ostēdit̄. Inde ergo quedā opera misericordie quedā iustitie dicuntur: nō quin diuina essentia. hec ⁊ illa operet̄: ⁊ q̄n hec ⁊ illa sint opa dīne essentie que dr̄ misericordia ⁊ iustitia: sed q2 quedā sunt quibus iudex ⁊ equus distributor: quedā q̄bus ostenditur miserator. Misericors. n. dr̄ in natura: miserator in exhibitiōe? ⁊ in q̄busdam operibꝰ dr̄ effectus esse misericordie: ⁊ in q̄busdā effectus iustitie: non q̄ aliud efficiat iustitia: aliud misericordia dei si ad essentiā referas: sed q2 ex q̄busdam effectibus ītelligitur iudex: ex quibusdā miserator: vl' vt quibusdā placet iustus ⁊ misericors. Sed scd̄m hoc occurrit questio quomō ex aliis ostēdatur iustus: ⁊ ex aliis misericors cū sit idē ei eē iustum ⁊ esse misericordē? Si enim scd̄m eādem rōnem dr̄ iustus ⁊ misericors: ex eo opere quo ītelligitur iustus ītelligit̄ misericors ⁊ ecōuerso. Sed dixi supra: q2 cū dr̄ deus iustus ⁊ misericors: ita eadem dīna essentia significatur: ⁊ secūdū ea idem predicatur: vt etiā quedam diuersa ītelligātur. Intelligimus eniꝫ per hoc eū esse miseratorem ⁊ iustū iudicē. Quod euidēter Origenes ostēdit dicēs Oīa que dei sunt xp̄us est ipse sapientia eius: ip̄e fortitudo: iustitia: sanctitas: ip̄e prudētia. Sed cū vnū sit in subiacēti ꝓ varietate sensuū diuersis nūcupat̄ vocabulis. Aliud. n. significat sapiētia: aliō iustitia. Qn̄. n. sapiētia dr̄ disciplinis te

diuinarum humanarumque rerum instruere intelligit. Quando iustitia: distributor vel iudex meritorum insinuatur. Ita et prudentia cum dicitur: doctor et demonstrator bonarum vel malarum rerum: vel neutrarum intelligitur.

¶ Auctoritatibus probat quedam iustitie alia misericordie alia bonitati attribui.

q Uod autem quedam opera misericordie: quedam iustitie: quedam bonitati attribuantur: in scripturis facile est reperire. Et de misericordia quidem et iustitia manifestum est. de bonitate vero et misericordia amplius latet. Sed Aug. docet illa opera proprie ad misericordiam pertinere quibus aliqui a miseria liberantur. Ad bonitatem vero non solum illa: sed facturam et gubernationem naturalium ita dicens. Ad misericordiam pertinet quod a peccatis mundat: et de miseria liberat. Ad bonitatem vero quod celum et terram et omnia valde bona creauit vt essent Idem. Celi non indigent misericordia vbi nulla est miseria. in terra hominis abundat miseria: et superabundat dei misericordia. miseria ergo hominis et misericordia dei plena est terra non celi: qui non indiget misericordia: indiget tamen regente domino. Omnia enim indiget domino et misera et felicia: quia sine illo miser non subleuatur: felix non regitur. Item alibi. Misericordia est erga miseros: bonitas erga quoslibet. Interdum tamen misericordia large accipitur vt bonitas.

¶ Quo modo vniuerse vie domini dicantur misericordia et veritas.

p Ost hec considerari oportet ex quo sensu vniuerse vie domini dicantur misericordia et veritas. Hoc multiplicem recipit expositionem. Uniuerse. n. vie domini misericordia et veritas: quibus ad nos venit: vt ait Aug. super psalmum intelliguntur duo aduentus. Primus in quo manifestam et multiplicem misericordiam nobis exhibuit: et secundus in quo requirendo merita iustitiam exhibebit. Uniuerse etiam vie domini .i. quibus ad dominum ascendimus sunt iustitia qua a malo declinamus: et misericordia qua bonum facimus. In his enim duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius Cassiodo. dixerit in his duobus omnia opera dei includi. merito queri potest an in omni opere domini hec duo mutuo sibi iungantur. Quibusdam placuit non in omni opere domini hec duo concurrere secundum effectum dico: nam secundum essentiam non diuiditur misericordia a iustitia: sed vnum est. Uerum secundum effectum in omni opere domini dicunt esse misericordiam et iustitiam: sed in quibusdam fatentur tamen misericordiam: et in alijs iustitiam: atque in alijs misericordiam et iustitiam. Fatentur tamen dominum omnia que fecit misericorditer agere et iuste: referentes rationem dicti ad dei voluntatem que iustitia est et misericordia: non ad effectus misericordie et iustitie que sunt in rebus. Alijs autem videtur quod sic dicitur deus omnia opera sua iuste facere et misericorditer: ita concedendum sit in omni opere dei iustitiam esse et misericordiam .i. clementiam secundum effectum vel signum: quia nullum opus dei est in quo non sit effectus vel signum equitatis et clementie siue occulte siue aperte. Aliquando .n. manifesta est clementia siue benignitas: et occulta equitas: aliquando econuerso.

¶ Superius determinauit magister de statu animarum existium in purgatorio. Hic determinat de statu existium in inferno. ¶ Et diuiditur in duas. Primo inquirit vtrum deus in punitione damnatorum agat misericorditer vel iuste tamen. Secundo quo modo sunt in deo iustitia et misericordia. ibi. Sed quo modo. ¶ Prima in duas. Primo determinat questionis veritatem. Secundo exponit quasdam auctoritates que videntur sonare contrarium. ibi. Quod ergo dictum est. ¶ Illa pars que ibi incipit. Sed quomodo. diuiditur in tres. Primo ostendit quod distinctio iustitie et misericordie in deo attenditur quo ad opera. Secundo quod quedam opera attribuuntur iustitie quedam misericordie. ibi. Quod autem quedam. Tertio quod in singulis operibus inuenitur misericordia et iustitia. ibi. Post hoc etc. Articulus. i.



Jrca hanc distinctionẽ q̃rẽ
dum est p̃ncipaliter d̃
duobus. Primo de iustitia
dei. 2° de eius misericordia.
¶ Circa p̃mũ querunt̃ q̃tuor
Primo vtr̃ in deo sit iusti-
tia. 2° vtr̃ possit pretermitte
re opa iustitie. Tertio vtr̃ possit iuste aliquẽ
tẽporaliter punire non ꝓpter eius pctũ. 4°
vtrum iustius agat cũ vno q̃ cũ altero.
¶ Utr̃ aũt ex diua iustitia iferat̃ peccatorib⁹
in pctõ mortali decedẽtib⁹ pena eterna. plane
pz ꝙ sic ex dic̃t̃ supi⁹. di. 44. in illa q̃õne. vtr̃
sit ifernus: ⁊ iõ de hoc nõ oportet facere que-
stionem. Questio. I.

A Primo ostendo ꝙ in deo non est iustitia.
anselm. li. p̃mo de veritate vltra me
dũ. Justitia est rectitudo voluntatis ꝓpter se
seruata. sed in deo nõ est rectitudo volũtatis.
nõ. n. est voluntas recta que vult aliq̃d facere
nõ ꝓpter aliquã rõnez. deus ãt plus voluit fa-
cere mundũ istum q̃ aliũ ab isto solo numero
differentẽ: ⁊ magis reprobare Esau q̃ Jacob
⁊ nõ ꝓpter aliquã rõnem. ergo in deo nõ ẽ iu-
stitia. ¶ Item scd̃m phm. 5. ethi. c. xi. Dñi ad
seruum nõ est iustitia: q2 iustitia in quadã eq̃li
tate ad alter̃ consistit: sed de⁹ est dñs oium. er
go in ipso nõ est iustitia. ¶ Item Boetius in
lib. de hebdo. Quia de⁹ bon⁹ est oia que egre
B diuntur ab eo bona sunt. ergo a simili si deus
esset iustus oia que egrediũtur ab eo essent iu-
sta: sed multa sunt a deo que iusta non sunt. ca
rentia. n. rõne iusta nõ sunt. ¶ Item iustitia re
spicit debitũ. deus autẽ nulli debitor est.
¶ Contra. apl's. 2. Thimoth. 4. dicit. ꝙ de⁹ est
iustus iudex: sed nõ est iustus iudex in quo nõ
est iustitia. g̊ in deo est iustitia. ¶ Itẽ psal. ad
deũ. Justitia plena est dextera tua.
¶ R̃ñdeo. ꝙ iustitia accipi põt ̾m rectitudi
nẽ volũtatis: qua vult aliq̃s reddere vnicuiq3
in distribuẽdo vel cõmutãdo que ei decet: ⁊ se
cundũ hoc duplex est iustitia. s. distributiua q̃
C aliq̃s vult oibus q̃ sunt de cõitate distribuere
bona cõia ̾m debitã ꝓportiõis equalitatem:
⁊ cõmutatiua qua aliq̃s in cõmutãdo vult ser
uare debitã eq̃litatẽ scd̃z q̃titatẽ: ⁊ hec ẽ q̃dã
potentialis pars q̃ aliq̃s vult seruare in ꝯmu
tãdo debitã equalitatẽ nõ scd̃m q̃titatẽ: sed se
cũdũ ꝓportionẽ. ꝯmutatiua iustitia ꝓp̃e loq̃n
do in deo nõ est: q2 nulli ẽ debitor ex legis ne-
cessitate: ⁊ tñ secundu3 q̃titatẽ de bono retri
buit vltra meritũ: ⁊ de malo citra demeritum.
Justitia v̾o distributiua in deo ẽ. oib⁹. n. distri
buit bona sua scd̃m debitã ꝓportiõis equalita
tem. Unde dicit Diony. 8. c. de diuis noib⁹. ꝙ D
iustitia dei oib⁹ q̃ sunt scd̃z dignitatẽ tribuens
laudat̃ scd̃m ꝯmẽsuratiõem ⁊ formã ⁊ ordina
tionẽ: q2 in distribuẽdo illã dignitatẽ conside
rat in comparatiõe ad ꝯdecentiã sue bonitatis.
Justitia 3° mõ dicta etiã in deo est: q2 in cõmu
tãdo bonũ ꝓ bono: ⁊ malũ pene ꝓ malo cul-
pe seruat nõ equalitatẽ q̃titatis: sed ꝓportio-
nis in ꝯparatiõe ad ꝯdecentiã sue bonitatis: s3
in hoc differt hec equalitas ab illa q̃ est in iu-
stitia distributiua: q2 illa considerat̃ iter perso
nas accipientes: ⁊ ea q̃ eis distribuũtur: nã si-
cut se h3 meritũ vnius ad meritũ alteri⁹: ita se
h3 illud qd̃ distribuit̃ vni ad illud quod distri
buit̃ alteri. Equalitas autẽ ꝓportionis q̃ est in E
iustitia tertio mõ dicta ꝯsiderat̃ iter meritum
vel demeritũ qd̃ ẽ in recipiẽte: ⁊ p̃miũ vel sup
pliciũ qd̃ recipit a retribuẽte: in q̃ retributiõe
⁊ si ꝯsideret meriti vel demeriti exigentiã: hoc
tñ est p ꝯparationẽ ad ꝯdecẽtiã bonitatis sue:
⁊ iõ ⁊ iuste punit malos: ⁊ iuste eis parcit. p̃m
tãgit ansel. ꝓsologion. 10. c. cũ loquẽs ad deu3
dicit. Cũ punis malos iustũ est: q2 illor̃ meritis
ꝯuenit. 2m tãgit ibidẽ. cũ imediate subiungit.
Cũ parcis malis iustum est: nõ q2 illor̃ meri-
tis: sed q2 tue bonitati ꝯdecens est.
¶ Ad p̃m in opp̃m dd̃m. ꝙ q̇cq̇d vult de⁹: vult F
ꝓp aliquã rõnẽ q̃ nõ est alia q̃ suũ velle: q2 di
uinus itellect⁹ dictat volũtatẽ dei p̃mũ esse re-
gulã oium volẽdor̃. Unde eo ipso quo deus
vult aliq̃d: rõnabile est ip̃m hoc velle. Uñ an-
sel. ꝓsologion. xi. c. ad deũ loquẽs ait. Id solũ
iustum est quod vis: ⁊ non est iustũ quod non
vis: ⁊ sic patet ex s̃nia ansel. ibidẽ. itentio eius
est vt factum sit iustum: q2 deus vult. hoc fieri:
non ecõuerso. ¶ Ad 2m dd̃m ꝙ ⁊ si domini ad
seruum nõ sit iustitia cõmutatiua scd̃m plena3
rõnem eiusdẽ: q2 iter dominũ ⁊ seruum nõ est
equalitas eo ꝙ omnia que sunt serui sunt dñi:
tñ domini ad seruos põt esse iustitia distributi
ua: que nõ req̃rit qualitatẽ q̃titatis scd̃z ꝓpor G
tionẽ q̃titatis: sed ꝓportionalitatis que ẽ eq̃li
tas duarum ꝓportionũ que consistit in hoc ꝙ
seruis retribuit ꝓportional'r scd̃m merita sua.
Q̃uis etiã iustitia ꝯmutatiua non possit ẽẽ se-
cũdũ plenã rõnẽ iter dñm ⁊ seruũ: tñ põt ibi
esse secundum aliq̃d. s. secũdũ equalitatẽ ꝓpor
tionis iquantũ seru⁹ dño facit quod põt: ⁊ do
minus seruo quod decet. q̃d aũt sit iustitia cõ-
mutatiua ⁊ distributiua expositũ est li. 3. di. 33.
¶ Ad 3m dicẽdũ ꝙ nõ est sil'e: q2 bonitas ꝯuer
titur cum entitate: ⁊ sola rõne differũt: non sic
autem iustitia. ¶ Ad 4m dicendũ ꝙ ⁊ si deus
nulli creature sit debitor ex recepto: tñ debi-

tor est.pmisso:nulli eni est debitor nisi qr vult. Si aut querat quare vult non rndeo:nisi quia vult:qr volutas sua est pma causa. Qo. ii.

A **Secudo** querit vtrum deus possit preter-mittere opera iustitie. Et videt q sic.qr opus iustitie est retribuere vnicuiq secundum merita sua:sed deus peccatorib' non retribuit fm demerita sua.punit eni eos citra condignum.iuxta illud psal. Non continebit in ira misericordias suas.ergo deus in puniendo peccatores opa iustitie ptermittit. ¶ Item illos qui saluati sunt de' posset damnare: et illos qui damnati sunt posset saluare:qr omnipotes est:sz damnatos saluare:et saluatos dānare esset pretermittere opera iustitie. g opera iustitie pretermittere potest. ¶ Ite pot pretermittere cursum naturalis iustitie:que natu-
B ralibus rebus ididit:vt p3 in operib' miraculorum.ergo a simili potest pretermittere cursum moralis iustitie.

¶ Contra.2a Thi.2.Et ille fidelis est qui seips3 negare non potest:sed si pretermitteret opera iustitie negaret seipsum:qr negaret iustitiam: et ipse iustitia est.ergo iustitie opera ptermittere no potest. ¶ Item Ansel.pmo lib.Cur de' homo.ante mediu.quodlibet iconueniens in deo seqtur ipossibilitas: sz icouenies esset deu ptermittere opa iustitie.ergo hoc deo e ipoe.

C ¶ Rndeo q opera iustitie fz q iustitia respicit exigetiam demeritoz absolute deus potest pretermittere:et pretermittit etia in punitione perpetua damnatoz:qr punit eos citra condignum:no qtum ad pene durationem:sed qtum ad itentioem respiciendo ad coruz demerita absolute.opera aute iustitie fz quod respicit exigentiam meritoruz vel demeritorum in comparatioe ad condecentiam bonitatis sui ipsius retribuentis pretermittere no pot:sicut nec illud negare quod sua decet bonitatem.

¶ Ad pm in oppm dom q qũuis deus non puniat peccatores secudum exigentiam demeri-
ram suam esset moueri motu recto deoꝛsuꝫ: q̃ motus competit grauibus: vel sursuꝫ: qui motus competit leuibus. ¶ Et pterea rõne figure que est circularis maioꝛé aptitudiné habet nãlé ad hoc vt circulariter moueat ꝙ recte.

¶ Ad 2^m dõm. ꝙ ſm phm. 5. physi. q̃uis q̃es ante motũ ꝯriet motui. extendẽdo nomé contrarietatis ad oppositioné: que est iter puationeꝫ ⁊ habitũ: non sic tñ est de q̃ete post motũ. q̃es. n. sequẽs motũ est finis eius: ⁊ ab eadem ꝟtute causat. ¶ Ad 3^m dõꝫ. ꝙ sicut declaratũ est. lib. 2°. di. 2ª. tpus põt accipi ꝓpꝛie: ⁊ cõmuniter siue large. Pꝛimo mõ est in motu pri F
mi mobil'. sic in sub°. ⁊ sine tpe sic dcõ poterit eé motus aliq̃s post iudiciũ: cũ sine tpe sic dicto fuerit mot⁹ tpe Iosue: qñ sole ⁊ lũa ad pꝛeces eius stantibus: vt hr̃ Iosue. 10. in quo dat itelligi ꝙ oẽs spe celestes. tũc steterũt: cũ ipse Iosue psequebat inimicos suos. Sed tps secundo mõ dcm̃ est in q̃libet motu sicut in subiecto: ⁊ nũerat ſm numeꝝ motuũ: ⁊ sine tpe sic dicto nũqꝫ erit motus. ¶ Ad 4^m dõm. ꝙ nulle ptes terre in supficie remanebũt obscure: qꝛ augebit lumé lune: ⁊ lumé stellaꝝ que sufficienter illuminabũt illã pté terre q̃ a sole non illustrabit: nec é iconueniẽs ꝙ vna pars terre magis illustret ꝙ alia. s. illa q̃ fuit ab hoib⁹ hitata

que a sole ꝑncipalr̃ illustrabit. Qō. iii.

A **Tertio** querit̃ vtruz corpora celestia cessabūt moueri in illo situ in quo creata fuerūt. Et vr̃ ꝙ sic. Jsido. in glo. super illud Jsa. 60. Nō occidet vltra sol tuus: qđ etiā recitat magr̃ hꝰ di. c. vlt. Post iudiciū sol laboris sui mercedē recipiet: ⁊ nō veniet ad occasuz: nec sol nec luna: ſ ʒ in ordine in quo creata sūt stabūt. g° a sili ⁊ alia corpora celestia. ℭ Jtem couenies est corpa celestia stare in optimo ordine quē possibile est ea hēre: sed credibile est ꝙ in tali ordine ⁊ situ creata fuerūt. g° cessabūt moueri in illo situ in quo creata fuerunt.

B ℭ Cōtra. corpora celestia ꝑ suū motū non redibunt ad situm in quo creata sunt nisi ab illo tpe moueant̃ ꝑ. 36. milia annoꝝ: cū octaua spera ꝓprio motu nō moueat̃ in. C. āīs nisi per vnū gradū: sed nō est credibile ꝙ tādiu duret hic mūdus ſm corruptibilē statū: cū dicat apostolus. 2. ad cor. 10. ꝙ nos sumus i quos fines seculorum deuenerunt. ergo corpora celestia nō stabunt in illo situ quo creata sunt.

ℭ Respōdeo. ꝙ vnus situs nō est magis cōueniens ꝙ̃ alius corporibus celestibus ꝓpter se: qꝛ ꝑ quocūq̧ situ seu cōstellatōe nō meliorant̃ nec peiorant̃: aliqua tamē cōstellatio seu habitudo illoꝝ corpoꝝ inter se magis est conueniens ad vnū effectū ꝙ̃ ad alia. vbi gr̃a. cō-
C iunctio solis ⁊ martis in corde leonis magis est cōueniēs ad generandū caliditatē ⁊ siccitatem in istis iferioribus ꝙ̃ ꝯiunctio Jouis ⁊ Saturni: ⁊ ista est ꝯueniētior ad aliquē aliuz effectū ꝙ̃ ꝑma: ⁊ sic de alijs. Quādo aūt ꝑmo creata fuerūt corpora celestia alij effectus in istis inferioribus reqrebant̃ ad cōueniēs mūdi regimen ꝙ̃ modo: ⁊ alij modo ꝙ̃ tūc: ⁊ alij in fine mūdi ꝙ̃ nūc. Dico ergo ꝙ corpa celestia creata fuerunt in ꝯueniētissimo situ ꝑ effectibus: qui tūc reqrebant̃: ⁊ modo sunt in cōuenientissimo situ pro effectibus qui nuncrequiruntur: ⁊ in fine mundi erunt in situ cōuenientissimo illi dispositioni elementorum que congruet incorruptibili statui. Cum ergo tūc
D congruat elementis dispositio que non fuisset congrua: quādo ꝑmo celestia corpora creata sunt: sequitur ꝙ nō cessabunt moueri in illo situ in quo creata fuerunt: ⁊ tamen cessabūt moueri in situ conuenientissimo mundo pro illo statu: qꝛ situs seu habitudo eorum inter se. tūc erit talis q̄ maxime disponet elemēta ad hoc vt non agant nec patiantur adinuicem.

ℭ Ad ꝑmū in oppositū dōm. ꝙ quāuis sol ⁊ luna quādo corpora celestia q̇escent habeant illā habitudinē iter se quaz habuerunt quādo ꝑmo creata sunt: non tū hēbunt eandē habitu- E
dinem ad illa corpora celestia: nec alia corpora celestia iter se quā hūerunt ꝙ̃do ꝑmo creata fuerunt. ℭ Ad 2ᵐ pʒ solo ex dictis in qōne.

ℭ Argumentū ad oppositū gr̃a cōclusionis ꝯcedendū est: tū rōne forme nō cogit: qꝛ deus q̇ corpora celestia creauit in qua hitudine voluit illa posset disponere ſm eandez hitudinē citissime si sibi placeret. Qō. iiii.

**Quarto** querit̃ vtrum cessatio motus corpoꝝ celestiū erit sufficiens causa nō agendi nec patiendi elementa abiuicē. Et vr̃ ꝙ sic. phus. 8. physi. asserit ⁊ probare conatur motū celi ita ꝑorem esse motibus alijs ꝙ ipso nō existente nō essent alij motꝰ: sed actio ⁊ passio elementoꝝ iter se est per motū alterationis. ergo cessatio motꝰ celi erit sufficiēs cā vt elementa non agant: nec patiantur abinuicem. ℭ Jtem mēsura est causa mensurati. vnitas. n. causa est numeri ⁊ eius mēsura: sed ſm phum. 4. physi. Tempore mediante motu celi mensuramus alios motus. ergo motus ē causa omniū motuum aliorum: cum ergo remotio cause sit sufficiēs rō remotionis effectus: B
cessatio motꝰ celi erit sufficiens causa nō agendi nec patiēdi elementa abiuicem. ℭ Jtē causa non agendi nec patiendi elementa abinuicem non erit eorum nature mutatio: quia eoꝝ natura mutari non posset existētia salua: quia ſm phm. secūdo physi. Natura rei est eius forma vel materia: nec amissio suaꝝ naturalium qualitatum: quia ille remanebunt eis: vt dictum est. ergo videtur ꝙ cessationis sue actionis ⁊ passionis inuicem non erit alia causa: nisi cessatio motus celi.

ℭ Contra. videt̃ sentire augu. lib. xj. cōfessionum vltra mediuz: ꝙ si corpora celestia starēt adhuc posset moueri rota figuli. ergo a simili C
possent elementa abinuicem alterari. ℭ Jtez a domino Stephano eþo Parisiēsi excōmunicatus est hic articulus: ꝙ si celū staret ignis i stupā nō ageret: qꝛ nec ds eēt: ſʒ q̄ rōne possʒ ignis i stupā agere: posset ēt agere i aliđ clm̄.

ℭ Ad hanc questionem dicunt quidaz ꝙ cessationis actionis ⁊ passionis elemētorum erit sufficiens causa cessatio motus celi: quanuis adhuc poterunt esse motus qui sunt ab anima rationali: eo ꝙ illa a virtute corporum celestium non dependet. ℭ Sed contra hoc ar- D
guitur sic. vt eniz habetur Josue. 10. ad preces Josue sol ⁊ luna steterunt: ⁊ si alia corpora celestia nō stetissent totus ordo corpoꝝ celestiū fuisset imutatus. tūc ergo omnia corpora celestia q̇euerūt: nec ꝑꝑ hoc omisit Josue pugna-

re:nec cessauerunt omnes actiones naturales
D per totum mundū. ¶ Preterea.illa opinio
videtur esse cōtra articulū excōmunicatū qui
allegat⁹ est.¶ Preterea.corpora celestia nō
tantū agunt hic iferius per sui motū:sed etiaʒ
per naturalem virtutē forme sue. sicut pʒ ꝑ di
uersos effectus naturales: q̄ per diuersas con
stellationes causant:⁊ ideo cessante motu ce
li adhuc per suam nālem virtutē possent age
re in elā:nisi aliud obstaret q̄ʒ eorū q̄es:q̄uis
ergo q̄es celi esset sufficiens causa:vt ideʒ ele
mentuʒ non ageret in aliud difformiter: eo ꝙ
per motum est renouatio influentiarū:quaruʒ
vna magis confortat virtutem vnius elemen
ti in sua actiōe q̄ȝ alia:tamē non esset sufficiēs
causa adhuc: vt vnū elementum nullo modo
aliud alteraret. ¶ Alij dn̄t ꝙ ⁊si q̄es celi non
E sit sufficiens causa huius per se:erit tamē suffi
ciens causa ꝑ accn̄s: iquātū q̄escet in illo pun
cto quo corpora celestia talē habebunt iter se
hitudinē que confortabit virtutē passibilioris
elementi ſm illaʒ ꝓportionē: qua exceditur a
ṽtute elemēti magis actiui.⁊ ideo nulluʒ ele
mentū aliq̄d poterit super aliud.¶ Sed hec
opio deficit in duobus.Pͥ p° q: nō est ꝓbabile
ꝙ corpora celestia habeant illā hitudinē iter
se quādo celuʒ q̄escet:imo magis est ꝓbabile:
ꝙ tunc erunt illa corpora in tali hitudine iter
se in qua maxime ꝯcordabūt ṽtuti elementorum
actiuorum:qđ arguit per hoc:q: an̄ productiōeʒ
ignis ꝯflagratōis causabit nāliter hic iferi⁹ ve
F hemēs caliditas ⁊ siccitas.sicut dcm̄ est supe
rius in articulo.pmo huius dis.¶ Preterea.
si q̄escerēt in tali hitudie:sic dicit opio:adhuc
nō seq̄ret ꝙ vnū aliud alterare nō posset.Cuʒ
eniʒ videamus elementū min⁹ actiuum agere
in elementū magis actiuū:q: nullū elementū
agit in aliud q̄n patiat ab eo:cū ſm phm.secū
do physi. omne agens physice in agendo pa
tiat:multo forti⁹ posset in eū agere:si per ṽtu
tem celestem ṽtus eius equaret illi⁹ ṽtuti.ma
gis.n.pōt equale in equale agere q̄ȝ debili⁹ in
fortius.adhuc.n.cuiuslʒ elementi pncipiū pas
siuum qđ est materia:iferius esset cuiuslʒ alte
rius elementi pn° actiuo:qđ est forma.tunc ta
men ita equaliter sese alterarēt vt quātum re
mitteretur qualitas vni⁹ remitteret q̄litas al
G terius:⁊ sic tandem ad talē equalitatem redu
cerentur:vt inter se nullam haberēt ꝯtrarieta
tem:⁊ tunc agere cessarent in iuicē:sed rema
nerent elem̄ta imperfecta in suis qualitatib⁹
actiuis ⁊ passiuis:⁊ etiā in suis essentijs suppo
sito ꝙ recipiant magis ⁊ min⁹:sicut dicit Cō
mētator in lib.de substantia orbis.Videtur ḡ

mihi dōm.ꝙ causa quare post iudiciuʒ elemē
ta sese nō alterabunt:manētib⁹ tamē suis eēn
tijs ⁊ qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis in esse cō
pletissimo:est hec:q: deus supernaturaliter a
materia elementorum remouebit puationē que G
necessaria est ad transmutationem naturaleʒ.
vnde ⁊ ſm phm.pmo phy.ponit vnuʒ de pnci
pijs nāc.illa.n.puatio nō dicit tm̄ carentiā for
me in materia:sed dicit illam carentiaʒ forme
cū possibilitate ad eandem:⁊ si possibilitas il
la non tm̄ differat a materia ſm rōnem:sed sit
aliq̄d in formā transmutabile:ille qui eaʒ con
creauit materie ab eadem poterit eā exclude
re nihil positiuum materie ꝯferendo.si aūt in
materia non sit possibilitas ad formā nisi illa
que rōne sola differt a materia : imprimet de⁹
in mā supernaturaliter virtutem prohibenteʒ
ipsam posse transmutari naturaliter ad aliam
formam:⁊ sic nō remanebit in materia puatio
que necessaria est ad naturalē transmutatōeʒ. H
¶ Preterea.influentia generalis cause pme
sine qua nulla creatura pōt in suam actioneʒ
nō aderit elemētis ad hoc vt agant ⁊ patian
tur abiuicē.aderit tm̄ ad hoc vt in suis eēntijs
⁊ q̄litatib⁹ in esse completo perpetuo durēt:⁊
hec cā sufficeret:si nulla alia poneretur.
¶ Ad pmuʒ in oppositū dōm. ꝙ illud verbū
phi intelligi dʒ de poritate in agendo ⁊ patiē
do:nec plus potest per suas rōnes concludi.
¶ Ad 2m dōm.ꝙ mensura nō semper est cau
sa mēsurandi.vnde ⁊ ſm phm.4° physi.Men
suramus motū per tps:⁊ tps ꝑ motū.¶ Pre
terea. motus voluntarios qui nō depēdent a
virtute celi mensuramus ꝑ motū celi: pannuʒ
etiam mēsuramus per vlnam.¶ Ad 3m pʒ so
lutio ex dictis in q̄ōne. Q̄ō. V.

Quinto querit vtrum lux corporum cele A
stium ⁊ elementorum augebitur.Et
videtur ꝙ non:q: corpora celestia non tantuʒ
agunt hic inferius per motum: sed etiam per
lucem:sed post iudicium hec inferiora ampli⁹
non transmutabuntur . ergo superfluum esset
augmentum lucis eorum. ¶ Item ⁊si rei ca
renti luce possit dari lux.nihil tamen est dictu
ꝙ eius lux augeatur:sed terra luce caret.ergo
nihil est dictu ꝙ eius lux augebitur. ¶ Item
lux non est necessaria in ista machina mūdia
li:nisi propter hominis vsum:sed post iudiciū
lux ista mūdialis non veniet in hominū vsuʒ:
quod de damnatis planuʒ est:quia in inferno
sunt:⁊ erūt perpetuo tenebre.vnde Job.10.di
citur terra miserie ⁊ tenebraruʒ. Et de beatis.
Apoc.22°.dr̄ ꝙ non egebunt lumine lucerne: B
neqʒ lumine solis:quoniā dominus deus illu

minabit eos.ergo superfluũ esset lucis augmentum in corporibus celestib⁹ ⁊ elemẽtaribus.

¶ Contra. Jsa.30. Erit lux lune sicut lux solis. ⁊ lux solis septempliciter:sed corpora celestia post iudicium imittẽt lucem suam in hec inferiora.ergo hec inferiora amplius ꝙ̃ modo illuminabuntur. ¶ Jtem ſm phm.8°.physico. Homo est minor mundus:debet ergo conformari sibi in inouatione aliquo mõ maior mũdus:sed homo tunc ampliori lumĩe fulgebit. ḡ ⁊ totius mũdialis machĩne lux augebit.

C ¶ Respõdeo. ꝙ lux nõ tñ est in corporibus mundi ꝓpter vsuʒ necessitatis corporalis:sed etiam ꝓpter vsum vtilitatis spiritualis ad habendam delectatiõem in specie creature:⁊ ad contemplãdũ deum in lucis effectu. Post iudicium non erit lux vtilis ad supplendum indigentiam alicuius rei necessarie corporibus electorum:sed erit vtilis propter secundã causam. Electi enim cum hoc ꝙ deuʒ in se cõtemplabuntur simul contemplabuntur eum oculo mentis in effectibus suis tam spiritualibus ꝙ̃ corporalibus:⁊ in corporalibus delectabit oculus corporalis: ⁊ ideo conueniens erit ꝙ cum innouabitur homo lux etiam in corporibus celestibus augeatur:⁊ ex consequenti

D elementa habundantius illuminẽtur ꝙ̃ modo: quia a corporibus recipient ampliorem luminis influentiam. Utrum autem preter illam claritatem quã a corporibus celestibus recipient lux eis imprimatur alia incertum est: tamen nullum est inconueniens. si concedatur ꝙ sic:⁊ tunc sicut anime electorum per lumen glorie aliquo modo angelis conformant manente differentia in essentia ⁊ proprietatibus naturalibus.sic corpora inferiora per suã illustrationem aliqualiter corporibus celestibus conformabuntur salua differentia in essentia: ⁊ ꝓprietatibus naturalibus: tamen terra non

E illuminabit nisi in sui superficie. si enim in sui profundo illuminaretur:impij lumen illud viderent:qua visione sunt indigni.

¶ Ad pmum in oppositũ patet solutio ex dictis in questione:quod etiam dicitur corpora celestia hic inferius agere: per lucere itelligẽdum est ꝙ agant per lucem: in virtute tamen sue forme substantialis.aliter cum omnes stelle recipiant lumen a sole calefacerẽt ⁊ exiccarent:quod falsum est. Jn actione autem illuminandi que ratione lucis per se eis cõuenit cõmunicãt eo modo quo communicant in luce. ¶ Ad secundum dicendum.ꝙ minor est falsa.sicut eniʒ nulla substantia spiritualis est totaliter expers lucis.sic nulluʒ corpus est totaliter expers lucis:eo eni ipso quo omnes creature sunt effectus summe lucis:aliquo modo plus ⁊ minus lucem participãt: quãuis in aliquibus corporibus lateat lux eorum. vnde sola priuatio est pure tenebra.vñ male dixerunt dicentes nigerrimum colorem esse per omnẽ carentiam lucis. ¶ Ad tertium patet solutio ex dictis in questione. F

Qõ. VI.

Sexto queritur vtruʒ bruta ⁊ vegetabilia destruentur. Et videtur ꝙ nõ: quia animalia sunt ad ornatum elementoruʒ.ergo quãdo elementa meliorabuntur animalia nõ destruentur:quia tunc non debet ab eis auferri ornatus eorum. ¶ Jtem sicut elementa seruiunt homini:ita vegetabilia ⁊ animalia bruta.ergo sicut in mundi innouatione nobilitabũtur elemẽta:ita ⁊ vegetabilia nobilitabunt ⁊ animalia bruta. ¶ Jtem vegetabilia ⁊ bruta nobiliora sunt elementis:quia elementa ordinantur ad mixtum:mixtum ad vegetatiuũ: vegetatiuum ad sensitiuũ. ergo multo magis videntur esse de perfectiõe vniuersi ꝙ̃ elemẽta:⁊ ex consequenti magis ꝙ̃ elementa remanere debebunt. ¶ Jtem mundus corporalis post iudiciuʒ non erit necessarius: nisi ad hoc vt beati in ipso deum contemplando delectẽtur:⁊ inde amplius assurgant in laudem diuinaʒ:sed expressius refulget diuina bonitas in animalibus ⁊ plantis ꝙ̃ in elementis: qꝛ secũdum Augu.xj.de ci.c.16. Ordine nature preponuntur non viuentibus viuẽtia: ⁊ sentiẽtia non sentiẽtibus.ergo multo magis debebunt remanere bruta ⁊ vegetabilia ꝙ̃ elementa. A B

¶ Contra.cessante fine cessare debʒ id quod est ad finem:sed finis vegetabilium ⁊ brutorũ est corruptibilis hominis status:cum ergo in mundi innouatione cessabit corruptibilis hominis status: animalia ⁊ plante non remanebunt. ¶ Jtem omne viuens corruptibili vita morietur:sed nihil est ordinatũ ad resurgenduʒ qḋ ſm se totũ morit. huiusmodi aũt sunt vegetabilia ⁊ bruta.ḡ ita morient ꝙ nõ resurgẽt.

¶ Respõdeo.creaturaꝝ:quedã sunt incorruptibiles ſʒ se totas vt ãgeli boni ⁊ mali:⁊ corpora celestia:quedã corruptibiles ſm se totas vt mineralia vegetabilia ⁊ bruta:quedaʒ sunt corruptibiles secundum partem minus principalem:⁊ incorruptibiles secundum partem magis principalem:vt homines qui sunt corruptibiles secundum corpus: ⁊ incorruptibiles secundum animam:quedaʒ sunt corruptibiles in partibus:⁊ incõruptibiles in toto: nõ quin eorum natura tota ex parte sua corruptibilis sit:sed quia propter ordineʒ mundi non C

adest corrumpēs: ⁊ tales creature sunt elemē
B ta: statui incorruptibili nō conueniunt ea que
ſm se tota corruptibilia sunt ex sui nā: ⁊ ſm or
dinem mundi. ⁊ ideo talia non remanebunt:
cuiusmōi sunt mineralia vegetabilia ⁊ bruta.
Omnes aūt alie creature remanebunt: ⁊ que
in parte sunt corruptibiles secundum se totas
incorruptibiles efficientur.
¶ Ad pᵐ in oppoᵐ dōm. ꝙ aīalia nō sunt ad
ornatū elementoꝝ: nisi ſm corruptibilē mūdi
statū. vnde in parte aeris nobiliori non est ali
quis ornatus aīalium: nec etiā in igne: qꝛ non
sunt tam propter ornatū ꝙ̄ propter corrupti
bilis homīs status necessitatē. ¶ Ad 2ᵐ dōm.
ꝙ ꝙ̄uis bruta aīalia ⁊ plāte seruiant homini.
sicut elementa: non tamen tantā habent apti
tudinem ad statū incorruptibilitatis. sicut ele
mēta: qꝛ sunt corruptibilia ſm se tota. ¶ Ad
C 3ᵐ dōm. ꝙ quāuis vegetabilia ⁊ bruta sint no
biliora simpliciter ꝙ̄ elementa: nō tamē quo
ad conditionē durabilitatis. vegetabilia enī
⁊ animalia inter se habent causam corruptio
nis sue: nec celo quiescente possent perpetua
ri in esse: nec eadem in numero: nec eadem in
specie: nisi per miraculū: nō est aūt cōgrua ra
tio: quare deus ea per miraculū perpetuaret
in esse. ¶ Ad 4ᵐ dōm. ꝙ ꝗcꝗd est perfectōis
in vegetabilibus ⁊ brutis perfectius est in ho
mine: qꝛ ⁊ perfecti⁹ viuit ꝙ̄ vegetabilia ⁊ sen
tit ꝙ̄ bruta. vnde ꝗcꝗd in vegetabilib⁹ ⁊ bru
tis est occasio cōtemplandi deū in effectibus
suis: perfectius reperitur in homine. vnde nō
opꝫ hac d̄ causa vegetabilia ⁊ bruta in perpe
tuum remanere. Questio. VII.

A **Septimo** queritur vtrū mundo innoua
to: ⁊ facta distinctione bonorū
⁊ malorum deus posset aliquid addere ad bo
nitatem vniuersi. Et videtur ꝙ nō: qꝛ illud nō
est perfectum. cuius perfectiōi aliꝗd addi po
test: sed vniuersum tunc erit perfectū. ergo sue
perfectiōi nulla poterit bonitas addi. ¶ Item
ſm Diony. 5. c. de di. no. creature procedunt a
deo. sicut numerus ab vnitate: sed est aliquis
numerus. s. binarius inter quē ⁊ vnitatē nul
lus potest eē numerus medius. ergo similiter
B est aliqua creatura: inter quā ⁊ deū nulla po
terit esse alia media: sed nihil in creatis nobi
lius est vniuerso: cū cōprehendat omnes crea
turas. ergo inter vniuersum inouatū ⁊ ipsum
deū nulla poterit esse media creatura. ¶ Itē
si de⁹ tūc posset addere ad bonitatē vniuersi.
⁊ nō adderet inuidus esset: qd̄ falsum est.
¶ Contra. deus posset omnes dānatos anni
hilare: ⁊ creare tot angelos sanctos: sed si hoc
faceret melius esset vniuersum: qꝛ plus esset in C
vniuerso de bono: ⁊ nihil de malo. ergo post
innouationem mūdi adhuc deus posset adde
re ad bonitatem vniuersi. ¶ Item omni effe
ctu non equante potentiā agentis: agens pos
set facere nobiliorem: sed vniuersum etiā ino
uatum non equabit potentiam dei. ergo deus
posset facere aliud vniuersum nobilius illo. ꝗ
plus posset de bonitate facere ꝙ̄ erit in hoc
vniuerso innouato.
¶ Respondeo. ꝙ deū aliꝗd posse addere ad
bonitatē vniuersi post eius inouatiōnē tripli
citer pōt itelligi: aut de illo eodē vniuerso in
nūero: aut de alio: aut partim de alio: aut par D
tim de eodem. Primo modo dico ꝙ si nomi
ne vniuersi accipiat: seu icludatur vniuersitas
omniū creaturaꝝ. tam substantiaꝝ ꝙ̄ acciden
tiū: absolutoꝝ ꝙ̄ relationū. sic deū posse adde
re ad bonitatē vniuersi ꝯtradictionē includit:
qꝛ illa bonitas superaddita: aut eēt substātia:
aut accidens: ⁊ tunc vniuersitas creaturarum
considerata ante additionem bonitatis illius
ad vniuersitatem creaturaꝝ includentem illā
superadditā bonitatē se haberet sicut ps ad
totū: totum autem ⁊ pars quāuis nō sint peni
tus diuersa numero: non tamen sunt penitus
idem: sed partim idē: partī diuersa ſm ꝙ tra
hi pōt ex snīa phi. in pmo phy. ¶ Si aūt nomi E
ne vniuersi itelligat vniuersitas substātiarum
tm̄. sic dico ꝙ illud idem vniuersum in nume
ro: qd̄ tūc erit etiā meliorari nō posset: qꝛ finis
eius meliorari nō poterit. Ille. n. finis de⁹ est:
nec vniuersitas omniū aliaꝝ substantiaꝝ con
iunctim posset melius ordinari ad suū finē ꝙ̄
tunc erit ordinata. Ille etiā substātie omnib⁹
pensatis non possent esse melius ordinate iter
se per comparationem ad suum totum: qd̄ est
vniuersum: nō posset etiā meliorari per melio
rationē aliquaꝝ creaturaꝝ ſm se alijs nō me
lioratis nec peioratis: qꝛ quanuis pars creatu
rarum esset meliorata ſm se. ex hoc tñ vniuer F
sum non esset melius. qꝛ per hoc nō meliorare
tur ꝓportio partiū inter se ⁊ ordo: que maxi
me attēduntur in bonitate uniuersi. sicut si in
psalterio chorda sonans obscure fieret ita cla
re sonans sicut illa que sonat clarius. ⁊ sicut si
luna fieret ita bona sicut sol sole non meliora
to. psalteriū esset peius: ⁊ mundus peior nec
posset meliorari per meliorationē. siue substā
tialem siue accidentalem omnium substantia
rum: quia substātia nature humane christi me
liorari non potest: nec actualiter: nec substan
tialiter. Beata etiam virgo meliorari non po
test: ⁊ si omnes alie substantie meliorarentur

substantialiter vniuersum nõ remaneret idem
penitus in numero: ⁊ si meliorarentur accidē
G taliter adhuc vniuersuꝫ omnibus pensatis nõ
melioraretur: q₂ tunc nõ esset bonitas in crea
turis quam requirit optimus vniuersi ordo ꝑ
comparationem ad iusticie ⁊ sapientie ⁊ mise
ricordie diuine manifestationē: qui ordo ma-
xime attendit in bonitate vniuersi. ⁋ Si autē
questio intelligatur de alio vniuerso in nume
ro. tunc dico ꝙ deus possꝫ facere aliud vniuer
sum melius isto etiā post sui inouationē. quā-
uis. n. deus aliquam creaturā possit facere: ita
bonam ꝙ illa eadem in numero non possꝫ fie
ri melior: nec etiaꝫ eadem in specie. sicut pꝫ in
H humana natura christi: que summuꝫ tenet in
specie humane nature: ⁊ cui superaddi nõ po
test aliq̄d de bonitate: siue substātiali: siue ac-
cidentali: tamē omnē aliam creaturam posset
deus facere meliorem sine fine in alia specie si
ue: i alio genere. deus enim posset facere oēm
bonitatē creatam que rōni creature non repu
gnat: sed quantacunqꝫ bonitas finita rationi
creature non repugnat: quia quantacūqꝫ esset
distaret adhuc ab increata bonitate in infini-
tum. ⁋ Si aūt questio intelligatur de vniuer
so partim eodem partim diuerso. sic dīt q̇daꝫ
ꝙ posset addere ad bonitatem: non tantū ma
terialem: sed etiam formalem vniuersi: etiam
I post sui innouationem: q₂ posset de nouo crea
re multa milia sanctorum angeloruꝫ: quibus
creatis vniuersitas ex illis ⁊ alijs creaturis ꝓ-
existentibus constituta melior esset: nõ tantuꝫ
materialiter: sed etiam formaliter. i. quantum
ad partium ordinem ad finem ⁊ iter se: q̄ erit
vniuersitas post sui innouationem sine illis.
¶ Aliqui tamē de questione se breuiter expe
dientes dicūt ꝙ tāta erit bonitas creata post
vniuersi innouationem ꝙ nullo modo creatu
ra. siue eadem numero. siue diuersa plus pos-
set de bonitate capere q̄ tunc erit. vnde tunc
erit tota bonitas quam possibile est creari. vn
de quāuis inter ipsum vniuersum innouatum
⁊ deuꝫ erunt infiniti gradus: non erunt tamē
K possibiles participari.
¶ Ad ꝑmū in oppositū dōm. ꝙ ꝓcedit de eo-
dē vniuerso in numero. ¶ Ad 2ᵐ dōm. ꝙ ali-
quo mō ē sile: ⁊ multo magis dissimile. In hoc
eniꝫ est simile ꝙ sicut vnitas simplicior est nu
meris progredietibus ab ea: ⁊ ꝙ omnes par-
ticipant vnitatem. dicimus enim ꝙ binarius
est vnus numerus trinarius est vnꝰ numerus:
⁊ sic de alijs: nec duo numeri eq̄liter sunt vni-
tati propinqui. sic deus simplicior est omnibꝰ
creaturis: ⁊ quelibet creatura aliquid partici
pat de bonitate diuina: nec sunt due species ꝑ L
naturā equaliter sibi propinque: in multis tñ
est dissimilitudo: quia ab vnitate non ꝓcedit:
nisi vnus numerus imediate. s. binarius: ⁊ se-
quens numerus procedit ab vnitate median-
te binario: ⁊ sic deinceps. binarius etiam est:
ita propinquus vnitati ꝙ nõ potest numerus
ei propinquior esse: sed omnes angeli ⁊ tota
machina mundialis: ⁊ omnes anime rationa
les sunt a deo immediate tantum: nec est ali-
qua creatura ita deo propinqua: qua deꝰ non
posset facere aliam sibi propinquiorem: saltēꝫ
loquendo de propinquitate: que cōsideratur
in creaturis per suam naturaꝫ. vnde ⁊ si huma
na natura christi non posset deus facere aliaꝫ
sibi propinquiorem quantum ad motū existē-
di quem habet in diuino supposito: posset ta-
mē facere in alia specie vel in alio genere crea
turam nobilioris essentie cui maiorem posset M
dare gratiam singularis persone q̄ posset ca-
pere anima christi. si non esset persone diuine
vnita vt supposito. ¶ Ad tertium dicendum.
ꝙ in factione bonitatis create attenditur bo-
nitas per comparationem ⁊ voluntatem diui
nam. vnde non ideo deus voluit creare mun-
dum: quia bonuꝫ erat mundū creari: sed ideo
bonum fuit mundum creari: quia deus voluit
ipm creare: ⁊ ideo eo ipso ꝙ post mundi inno
uationeꝫ deus non volet addere ad bonitatē
creatam: bonum erit ꝙ non addatur.
¶ Primum argumentum ad partem aliam
procedit de vniuerso quod esset partim idem:
partim diuersuꝫ cum isto vniuerso innouato.
Uel potest dici ꝙ si hoc facto mundus esset
melior naturaliter: non tamē esset formaliter
melior: quia non esset: ita ꝯueniens ⁊ pulcher
ordo in vniuerso sicut erit. ¶ Secūdū ꝓcedit
de vniuerso qđ esset aliud in nūero ab isto.

**Circa** litterā. In humanitate suscepit illud A
quod est causa nostre resurrectiōis:
idest passionem ⁊ resurrectionem. quod sic est
intelligendum ꝙ eius passio est causa merito
ria nostre resurrectionis spiritualis: ⁊ in futu-
ro nostre resurrectionis gloriose. sua autem
resurrectio predicte duplicis resurrectōis fuit
causa exemplaris: Per verbū factum in car-
ne filij hominis fit corporum resurrectio. hu-
ius expositio patet per expositioneꝫ verbi pre
dicti. Angeli deferent ante eum signū crucis.
dicunt aliqui ꝙ non erit signuꝫ crucis in quo
crucifixꝰ est xp̄s: sed q̇dā signū illiꝰ crucis re-
pñtatiuū. Ego āt credo ꝙ illa eađ crux i nūe-

ro in qua crucifixus est portabitur ad iudiciũ ministerio sanctorum angelorum: qui.n. corpa hũa
B na redacta in pulueres eadem in numero restaurabit: illam eandem crucem in numero poterit restaurare: et multo rationabilius est quod ipsamet ad iudicium portetur quam aliud signum pro ea. ex hoc enim electis erit maior honor: et erit expressior materia assurgendi in laudes Jesu christi: et erit reprobis maior cõfusio. nec video inconueniens: si propter ratiões predictas ponatur quod per diuinam potentiam i perpetuum conseruetur. Ne impij in tormẽtis po-
C siti sub terra fruantur luce eorum. Potest dici vt volũt aliqui quod in alio hemisperio est aliquis terre hiatus: per quem deriuaretur solare lumẽ ad impios: si modo solito circulariter moueretur: sed hoc nihil est: quia post iudicium terra erit vndique clause: aliter enim si esset in aliqua parte eius hiatus vsque ad infernũ lumẽ stellarum existentium super hemisperium in quo esset ille hiatus illuminaret infernum. Vñ potest dici quod illud verbum quod dicit Isido. secundum falsam imaginationem quorũdam imaginantium esse infernum in superficie terre in hemispio isti ↄtraposito.

¶ De differentia mansionum in celo et in inferno. Distinctio. XLIX.



Ost resurrectionẽ vere facto vniuerso impletoque iudicio suos fines habebunt ciuitates due: vna xpi alia diaboli: vna bonorum et altera malorum: vtraque tamẽ angelorum et hominũ. Istis voluntas: illis facultas nõ poterit esse peccandi: vel vlla cõditio moriẽdi. istis in eterna vita feliciter viuẽtibus: illis infeliciter in eterna morte sine moriẽdi ptãte durãtibus: quia vtrique sine fine: sed in btitudine isti: alius alio pstabilius. in miseria vo illi: alius alio tolerabilius pmanebunt. Ex his apparet quod sicut boni differẽter glorificabuntur: alij magis: alij minus: ita et mali dñter in inferno punient. Sicut.n. in domo patris. i. in regno celorum mãsiones multe sunt. i. pmiorum dñtie: ita et in gehẽna diuerse sunt mansiones. i. suppliciorum differẽtie. oẽs tñ eternã penam patient. sicut oẽs electi eundẽ hẽbunt denariũ: quem prfamilias dedit oibus qui operati sũt in vinea. Noie denarij aliqd oibus electis cõe itelligit. s. vita eterna deus ipse quo oẽs fruent: sed impiter. nã sicut erit differens clarificatio corporum: ita dñs gloria erit aiarum. Stella.n. a stella. i. electus ab electo dñt in claritate mẽtis et corporis. Alij.n. alijs vicinius clariusque dei speciẽ ↄtemplabunt: et ipsa ↄtemplãdi dñia diuersitas mansionũ vocat. Domus ergo est vna. i. denarius est vnus: sed diuersitas est ibi mansionũ. i. differẽtia claritatis: quia vnũ est et summum bonũ beatitudo: et vita oium. i. deus ipe. Hoc bono oẽs electi pfruunt: sed alij alijs plenius. perfruent vo vidẽdo p spẽm nõ p speculũ in enigmate. Vere ergo vitã est videre vitã. i. cognoscere deũ in spẽ. Vñ veritas ait i euãgelio. Hec est vita eterna vt cognoscãt te: et quẽ misisti Jesum xpm esse vnũ et solũ verum deũ: hoc est hre vitam. i. cognoscere te: nõ est ipsa cognitio quod tu es: sed p cognitionẽ hẽre bonũ quod tu es. i. vita.

¶ Si omnes homines volũt esse beati.

Olet et queri de btitudine vtrum eam oẽs velit et sciãt que sit vera
S btitudo? De hoc Aug. in. xiij. li. de tri. ita disserit. Mirum est cũ capescẽde retinẽdeque btitudis volũtas vna sit oium: vñ tãta existat de ipsa btitudine rursus diuersitas volũtatũ: nõ quod eã aliquis nolit: sed quod nõ oẽs eã norint. Si.n. eam oẽs noscerẽt: non ab alijs putaret esse in virtute animi: ab alijs in voluptate corporis: ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quo ergo oẽs amant quod nõ omnes sciunt? Quis põt amare quod nescit? sic supra disputaui: cur beatitudo amat ab oibus: nec tñ scit ab oibus? an forte sciũt omnes que ipa sit: sed nõ oẽs sciunt vbi sit: et inde ↄtẽtio est? An forte falsum est quod p vo po

fuimus beate viuere oēs homines velle. Si enim beate viuere est. verbi grā. scdm animi virtutē viuere: quo mō beate viuere vult qui hoc nō vult? Nōne verius diximus homo ille nō vult beate viuere: qꝛ non vult scdm virtutez viuere: quod solū ē beate viuere. Nō ergo oēs beate viuere volunt: imo pauci hoc volunt: si nō est beate viuere nisi scdm virtutem animi viuere: qd multi nolūt. Ita ne falsum erit? Unde nec Cicero dubitauit. ait. n. Beati certe oēs eē volumus. absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? an dicendū est etiā si nihil aliud sit beate viuere ꝙ scdm virtutē animi viuere. tamē ꝛ q hoc nō vult: beate viuere vult. Nimis qdē hoc videt absurdum. Tale. n. est: ac si dicamus: qui nō vult viuere beate: beate vult viuere. Istā repugnantiā qs audiat? quis ferat? ꝛ tamē ad hāc ꝯtrudit necessitas: si ꝛ oēs beate viuere velle verū est: ꝛ nō omnes volūt sic viuere: quo mō solum viuit beate. An illud ab his angustijs poterit nos eruere: si dicamus nihil esse beate viuere nisi viuere scdm delectationē suā: ꝛ ideo falsuz nō esse ꝙ omnes beate viuere velint: qꝛ omnes ita volūt vt queqꝫ delectat. Sed id quidē falsum est. Uelle enim quod nō deceat: est eē miserrimū. Nec tam miserū est nō adipisci qd velis: ꝙ adipisci velle qd nō oporteat. Quis ita cecus sit vt dicat aliquē iō beatuz: qꝛ viuit vt vult: cū ꝑfecto ꝛ si miser eēt: minꝰ tñ esset ꝛ si nihil eoꝝ q̄ ꝑperā voluisset hr̄e potuisset. Mala enim volūtate vel sola miser qsqꝫ efficitur: sed miserioꝛ cū desideriū male volūtatis impletur. Quapꝛopter qm̄ verum est ꝙ omnes homines esse beati velint: idqꝫ ardētissimo amoꝛe appetāt: ꝛ pꝛopter hoc cetera quecūqꝫ appetūt: nec qsqꝫ potest amare: qd omnino qd vl quale sit nescit: nec potest nescire qd sit quod se velle scit: seqtur vt omnes beatam vitā sciant. omnes autē beati habēt quod volūt: ꝙuis nō omnes qui habent quod volūt: continuo sint beati. cōtinuo autem miseri sunt qui vel nō habent qd volunt: vel id habēt quod non recte volūt. Beatꝰ ergo nō ē nisi qui ꝛ hꝫ omnia que vult: ꝛ nihil vult male. Ille quippe beate viuit q viuit vt vult: nec male aliquid vult. Cū ergo ex his duobus cōstet beata vita: licet in malis sit aliqs bonus: nō tamen nisi finitis oībus malis est beatus. Cum ergo ex hac vita qui in his miserijs fidelis ꝛ bonus est: venerit ad beatam vitā: tunc erit vere quod nūc nullo modo esse potest: vt sic homo viuat quo modo vult. Non enim ibi volet male viuere: aut volet aliqd: qd deerit: aut deerit aliqd quod voluerit. quicqd amabitur aderit: nec desiderabitur qd nō aderit. Et omne quod ibi erit: bonum erit: ꝛ sūmus deus summū bonum erit: ꝛ qd est omnino beatissimū: ita semp foꝛe certum erit. beatos autem esse se velle oīuz hominū est: beatos eē se velle omnes in coꝛde suo vident: nec tamē omniū est fides qua ad beatitudinē peruenit.

¶ Si quid de deo cognoscit aliqs quod ibi nō ītelligunt omnes.

Solet etiā queri vtrum aliqd de deo cognoscat aliqs magis meritꝰ vt petrus: quod non cognoscat aliqs minus meritꝰ vt linus. Pluribus videt ꝙ oīa de deo ad beatitudinez spectātia omnes cōmuniter electi cognoscant: sed differēter. Nihil enim in deo noscibile maius: digniusqꝫ videt ꝙ eum ītelligere trinū ꝛ vnum. hoc autem oēs tūc per speꝫ cognoscēt. Unde seqtur vt non sit aliquid beatitudini pertinēs īcognitum alicui beatoꝝ. Omnes ergo cun

cta illa videbūt: quoꝝ cognitio seruit beatitudini: sed in mō videndi differēt. Ali⁹.n.alio magis: ali⁹ alio min⁹ fulgebit

¶ De paritate gaudij.

Solet etiā queri an in gaudio dispares sint: sicut in claritate cognitionis differūt. De hoc Aug. ait. Multe māsiones in vna domo erūt .s. varie premioꝝ dignitates. s; vbi de⁹ erit omnia in omnibus. erit.n. in dispari claritate par gaudiū. vt quod habebūt singuli cōmune sit omnibus: q; etiā gloria capitis omniū erit per vinculū charitatis. Ex his datur itelligi ꝙ par gaudium omnes habebunt ꝛ si disparez cognitionis claritatē: quia per claritatem que in singulis erit perfecta tm̄ qsq; gaudebit de bono alterius: q̄tum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudiū: videtur ꝙ par sit oīū beatitudo: quod cōstat omnino nō esse. Ad qđ dici potest ꝙ beatitudo par esset si ita esset par gaudium: vt etiā par eēt cognitio: sed q; hoc nō erit: nō faciet paritas gaudij paritatē beatitudinis. Pōt etiam sic accipi par gaudiū vt non referatur paritas ad itentionem affectionis gaudentium: sed ad vniuersitatez rerū: de qb⁹ gaudebitur: quia de omni re vnde gaudebit vnus gaudebunt omnes.

¶ Si maior sit beatitudo sanctoꝝ post iudicium.

Post hoc queri solet si beatitudo sanctoꝝ maior sit futura post iudiciū q̄; iterim. Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriā post iudicium q̄; ante: quia ꝛ maius erit gaudium eorum: vt supra testatus est Augu. amplior erit eorū cognitio. Unde Hierony. Peracto iudicio ampliorem gloriā sine claritatis de⁹ demonstrabit electis. Si quem mouet qui d opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere: si eis potest sine corporib⁹ sūma beatitudo preberi: difficilis questio est: nec potest a nobis perfecte definiri: sed tamen dubium non est: ꝛ raptam a carnis sensibus hominis mentē: ꝛ post mortez ipsa carne deposita non sic videre posse icōmutabilem substantiā.i. deum: sicut sancti angeli vident: siue alia latentiori causa: siue ideo quia inest ei naturalis qdā appetitus corpus āministrandi quo retardatur quodāmodo ne tota intentione pergat in illud summū celum: donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus: cui⁹ sit difficilis ꝛ grauis amministratio: sicut hec caro que corrumpitur: multo magis auertitur mēs ab illa visione sūmi celi. Proinde cū hoc corpus iam nō animale: sed spūale receperit equata angelis: habebit perfectū nature sue modū obediēs ꝛ īperās viuificata ꝛ viuificās tā ieffabili facultate: vt sit ei glorie qđ fuit sarcine.

¶ Superius determinauit magister de resurrectione mortuorū: ꝛ de statu coꝝ ante resurrectionem: ꝛ de iudicio resurgentium. Hic determinat de remuneratione iudicatorum. Et diuiditur in duas. ☞ Primo determiat de remuneratione bonorum. ☞ Secūdo de retributione malorum. distin. sequenti. ibi. Hic oritur questio. ¶ Prima in duas. ☞ Primo determinat de retributione in cōmuni sanctorum. ☞ Secundo de partibus retributionis in speciali. ibi. Solet q̄ri. ¶ Pria in duas. ☞ Prio determinat de differenti participatōe beatitudis. ☞ 2° de appetitu btitudis. ibi. Solet et q̄ri. ¶ Illa ps q̄ ibi icipit. Solet q̄ri. diuidit in .3. ☞ p° detmiat ď dria cognitōis bonoꝝ. ☞ 2° de dria gaudij ipsoꝝ. ibi. Solet etiā q̄ri an in gaudio. ☞ 3° de dria btitudinis an̄ iudiciū ꝛ post. ibi. Post h° ꝛc. Arti. 1.



Circa hanc di. querendum est pncipaliter de .5. ☞ Primo de q̄litate beatitudinis ꝛ de eo in quo consistit. ☞ Scdo de ei⁹ appetitu ꝛ par

ticipatione. ☞ Tertio in speciali de dotibus anime. ☞ 4° de dotibus corporis. ☞ Quinto de accidentali premio bonoꝝ. ¶ Circa primū queruntur octo. ☞ Primo vtrū sit aliquis vltimus finis vite humane. ☞ Scḋo vtrū ille finis sit beatitudo. ☞ Tertio vtrū beatitudo sit quid creatum. ☞ Quarto vtrum sit actus. ☞ Quinto vtrum sit actus anime tm̄. ☞ Sexto vtrum sit actus itellect⁹ ꝛ volūtatis simul. ☞ 7° vtrū sit pncipalius actus voluntatis ꝙ̄ intellectus. ☞ Octauo vtrum principalius sit actus itellectus speculatiui ꝙ̄ practici. Q°. 1.

A Primo ostēdo ꝙ nō est aliq̄s vltimus finis vite humane. nihil.n.est vltimus finis vite humane qḋ ordinari potest ad aliū finē: sed nullū est bonū qḋ hō nō possit ordinare ad aliuꝫ finem etiam icreatū: qḋ patet cū hō diligit deū ꝓpter aliqḋ temporale commodū. ergo nihil est quod sit finis vltimus vite humane. ¶ Item nullus actus humane vite est vltimus. actus enim ei⁹ ꝓcedere possunt in ifinituꝫ: sed omnis actus humane vite est finis eius: qꝛ ſm phm 2° celi ꝛ mūdi. omnis res cui est operatio ipsa est ꝓpter operationē illā. ergo nullus finis vite hūane est vltim⁹. ¶ Itē si esset aliquis finis vltimus humane vite: homo nūqꝫ ageret nisi ꝓpter finem: quia vltim⁹

B finis est pmū mouens in agibilibus: sed multa videtur homo agere nō ꝓpter finem vt sūt omnia illa que facit sine deliberatiōe. ergo nō est aliqs vltimus finis vite humane.

¶ Contra. phs. 2. metaphy. probat: ꝙ in causis efficientibus essentialr̄ ordinatis est deuenire ad efficiens primum. ergo a simili in finibus vite humane essentialiter ordinatis oportet ponere vltimum. ¶ Iteꝫ phs vbi ꝓus. qui ponunt ꝓcessum in causis finalibus in infinitū auferunt naturam boni. sed secundum phꝫ 2. physicorum. Finis habet naturam optimi. ergo ponentes ꝓcessum in causis finalibus in i-

I finitum auferunt finem.

¶ Respōdeo. ꝙ vite humane est aliquis vltimus finis per se. In omnibus eniꝫ que per se habent ordinem adinuicem non est aliqḋ conueniēs nisi sit primum. Unde phus. 5. physicorum ꝓbat ꝙ in causis mouentibus per se non est ꝓcessus in ifinitum: quia vt dicit ibidem, cū ifinitorum non sit primum ꝛ primo mouente non existente alia non moueant non esset possibile alia moueri: quia secunda mouentia nō mouent nisi per hoc quod mouentur a primo mouente. illud autem quod mouet appetituꝫ est finis: ꝛ pᵐᵐ mouēs est vltim⁹ finis. ğ si negat vltim⁹ finis nullus alius finis poterit appetitum mouere: ꝛ sic volūtas nihil appetere posset: qḋ manifeste falsum est. ¶ Preterea. nullus naturalr̄ appetit id quod a quocūqꝫ ipossibile est haberi per quācūqꝫ viā. ꝙ̄uis.n. volūtas deliberatiua possit esse ipossibilium ſꝫ phꝫ

B 3° ethic. c. 5. hoc tamen de nāli appetitu nullo mō vere dici potest. ꝙ̄uis.n. in aliquo frustretur nālis appetitus ꝓpter aliqḋ accidens: vt in dānatꝭ qui naturalr̄ appetūt felicitatē: quā ipossibile est eos ꝯseq̄ ꝓpter suā obstinationē: tamē nullus appetit⁹ rōnalis creature frustra ꝑ nō pōt vlr̄ ꝛ per se: sed vt docet experiētia. vita humana naturalr̄ appetit pfectā quieteꝫ. ergo quietē perfectaꝫ ab aliquo consequi per viā aliquam possibile est: sed ipossibile est pfe-

E cte quiescere vitaꝫ humanā in re ordinata ad alium finē per se: qḋ docet etiā experiētia illū q̄ motus appetit⁹ sui diligēter vult considerare. ergo opꝫ concedere esse vite humane aliquem vltimum finem per se.

¶ Ad primuꝫ in oppositum dicendum cū dicitur ꝙ nihil est vltimus finis vite humane qḋ ordinari potest ad alium finem ꝛc. dico ꝙ verum est si potest ordinari ad alium finem per se. sic autem deus ordinari non potest ad aliū finem: quia omne illud qḋ est finis per se alicuius alterius melius est illo. vltimus tamen finis per se potest ordinari per accidēs ad aliquid aliud: vt ad finem. s. per malam intentio-

F nem abutentis. ¶ Ad secundum dicenduꝫ ꝙ non omnis actus vite humane est finis eius ꝑ se. quamuis quilibet act⁹ eius possit esse finis eius per accidens. In causis autem per accn̄s nihil prohibet in infinitum procedere. ita tamen ꝙ totū acceptum semper sit finitum. cause enim per accidens secundum phm. 2. physi. indeterminate sūt. ¶ Preterea argumentū peccat: quia in tertia figura non concluditur vniuersalis conclusio. vnde debet sic concludere: ꝙ est finis aliquis vite humane qui non est finis vltimus: ꝛ hoc est verum: vel ꝙ sunt fi-

G nes aliqui vite humane in quibus potest procedi sine fine. Et hoc est verum in finibus per accidens. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ homo agens inquantum homo agit per rationem ꝛ voluntatem: quia per hoc distinguitur a brutis. vnde actus hominis non ꝓcedentes ex ratione ꝛ voluntate: ꝛ si possint actus hominis dici: non tū ꝓprie loquēdo dici possunt act⁹ vite hūane: ſꝫ magis vite brutalis. Et ꝑterea illi actus ꝛ si nō habeant finē sibi ꝓstitutū a rōne. hñt tñ finē imagiatū: si sunt act⁹ ꝓsupponētes in hoie aliquā cognitōeꝫ: aut sibi ꝓstitutū a cōditore nāe: si sunt act⁹ non presupponentes in

homine aliquam cognitionem vt sunt act^9 potentie vegetatiue:z hoꝶ finiũ finis vltim^9 ẽ vltimus finis humane vite:q: deus qui vite humane finis est vltim^9 est finis omniũ creaturarum.vt ostensum est lib.3.di.pma. Qõ. ii.

A **Secundo** queritur vtꝶ vltim^9 finis vite humane sit hoīs beatitudo.Et videt ꝙ nõ.vltim^9 finis vite humane finis est omniũ creaturaꝶ:vt pꝫ lib.3.di.pma.in illa q̃stione.vtꝶ bonitas xp̄i sit finis omniũ creaturarum:sed beatitudo nõ est finis omniũ creaturaꝶ:q: multe creature sunt que nõ sũt capaces beatitudis.ergo vltim^9 finis vite humane nõ est beatitudo. ¶ Itẽ vt oñsum ẽ lib.2. dist. 38.Omniũ bonoꝶ actuum voluntatis ẽ vnus finis vltim^9:sed non omniũ volantatũ est vna beatitudo.ergo vltim^9 finis hũane vite nõ est beatitudo. ¶ Itẽ finis vite humane est q̃d p se sufficiẽtissimũ:sed felicitas q̃ idẽ est qð beatitudo idiget exterioꝛib^9 bonis.ꝫ phꝫ p^o eth.

B c.11.ergo finis vite humane nõ est btitudo.

¶ Cõtra. Augu.8.de ci.c.3. Finis boni appellatur quo q̃sq; cũ peruenerit beat^9est.ergo vltimus finis vite humane est hoīs beatitudo.

¶ Itẽ idem.23.lib.q̃si in fine libri.finis noster est puenire ad illð regnũ cui^9nullus est finis: sed puenire ad illud regnũ est hoīs btitudo.ğ vltim^9finis vite hũane ẽ hoīs beatitudo.

¶ Rñdeo ꝙ vltim^9finis hũane vite dupliciť põt accipi.Uno mõ,p bono in quo vltimo q̃escit homo.alio mõ,p quiete hoīs in illo bono. Similr̃ beatitudo põt accipi dupl̃r. Uno mõ

C p̄o bono in quo homo beatificat. alio modo ,p pfecta ꝯiunctiõe hoīs cũ illo bono que coniunctio est hoīs beatificatio. accipiẽdo finẽꝫ z beatitudinẽ mõ p̄io vltim^9finis vite humane z hoīs beatitudo reał̃r idem sunt. simul̃r finis modo secũdo accept^9 realiter idẽ est cũ beatitudine secũdo modo accepta: sed differũt ꝭm rõnem:q: finis vltim^9dꝛ inq̃tum nõ oꝛdinat^9 ad vlterioꝛẽ finẽ.z pmo mouẽs appetitũ beatitudo dꝛ inq̃tũ est sufficiẽtissimũ hoīs bonũ.

¶ Ad p^m in opp^m dðm ꝙ vltim^9finis vite humane inq̃tũ accipitur p̄o bono in quo vltio

D q̃escit homo:z ipsa beatitudo ,p bono in quo homo beatificatur sunt vltim^9finis oīum creaturarum:q: vltim^9 finis vite hũane z btitudo p̄dicto modo accepta reał̃r idẽ sunt: sed creature irrõnales aliter ad illũ finem oꝛdinantur q̃ creature rõnales:q: rõnales illuꝫ finẽ attingunt imediate:z in illo beatificantur: sed irrationales ad illũ oꝛdinantur homie mediante: nec in illo beatificãtur:q̃uis aliquã ei^9 participatiõem imediate recipiant. ¶ Ad 2^m dðm

ꝙ accipiendo vltimum finem vite humane: z E beatitudinẽ pmo mõ:sicut omniũ bonaruꝫ voluntatũ est vnus finis:ita vna beatitudo: quia vnũ bonuꝫ est in quo oẽs bone volũtates beatificãtur.accipiẽdo aũt vltimũ finẽ z beatitudinẽ mõ scðo:nõ est oīum bonaꝶ voluntatum vn^9finis in numero: nec etiã in equali gradu. sicr̃ nec vna beatitudo vt iferi^9patebit. ¶ Ad 3^m dðꝫ.ꝙ ibi phs loq̃tur de felicitate politica: que habet in hac vita:que multis miserijs est permixta. vnde vt ita loquar:est felicitas misera, Questio. iii.

**Tertio** querit vtꝶ beatitudo sit q̃d creatũ Et videt ꝙ nõ.In nullo creato vi- A detur q̃escere vita humana.Unde aug.p^o lib. ꝯfes.v̄sus p̄n^m.loquẽꝫ ad deũ ait.Inquietũ est coꝛ nr̃m donec req̃escat in te: sed in beatitudine est q̃es toti^9 vite humane. ergo beatitudo nõ est aliq̃d creatũ. ¶ Item idẽ est gloꝛia qð beatitudo:sed psal.ad deũ loquẽs ait. Tu aũt domine susceptoꝛ meus es gloꝛia mea.ğ deus est beatitudo vite humane.

¶ Contra.videre deum est aliq̃d creatũ. ẽ.n. actus creature vidẽtis:sed videre deũ est hũane vite beatitudo.vnde vt habet Jo.17.ait saluatoꝛ ad p̄rem.hec ẽ vita eterna vt cognoscãt te.ergo beatitudo vite humane est aliq̃d creatum.Item beatitudo hoīs est in hoīe bono.ꝫ B phm pmo ethi.c.6.vñ ,pbat felicitatẽ nõ eẽ in hoīb^9 per hoc ꝙ honoꝛ magis videt in honorantib^9q̃ in honoꝛatis: sed q̃cq̃d est in hoīe ẽ creatũ.ergo beatitudo est q̃d creatum.

¶ Rñdeo. ꝙ btitudo vite hũane dupl̃r põt accipi.vno mõ,p illo bono in quo pfecte z plenarie req̃escit hũana vita.alio mõ ,p pfecta q̃ete humane vite in illo bono:que cõsistit in pfecta hoīs ꝯiunctiõe cũ bono illo. pmo mõ beatitudo accipitur ,p beatitudinis obiecto: z sic planum est ꝙ beatitudo dicit quid increatum .s.ipsum deum.in nulla.n.creatura posset homo inuenire perfectam sufficientiam ad quie- C tandum z perficiendum eum totum. eo enim ipso quo secundum animã factus est ad imaginem dei:stante capacitatis est:vt nullum bonum possit ei sufficere p̄ter summũ bonum. vnde in lib.de spiritu z anima ante mediũ. tãte dignitatis est humana cõditio vt nulluꝫ bonum possit ei sufficere p̄ter summũ. beatitudo autem secũdo modo accepta est aliq̃d existens in beato tãq; eius vltima z plenaria pfectio:z est aliquid creatum:sicut bene ostẽdũt rationes ad partẽ secũdam.

¶ Argumẽta ad partem pmam ,pcedunt de beatitudine pmo modo dicta. Qõ. iiii.

A **Quarto** queritur vtrum beatitudo sit act⁹. Et videt q̄ nō. melior est habit⁹ q̄ actus: q2 est pmanētior: ⁊ q2 sicut dicit phs 3° physi. illud bonū est meli⁹ qd̄ est pmanēti⁹: sed beatitudo est maximū hois bonū. ergo est habit⁹ ⁊ nō actus. ¶ Item beatitudo est ppetuum gaudiū. vnde saluator Jo. 16. de beatitudine sub noie gaudij loquēs ait. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis: sed gaudiū est anime passio. cū ergo passio distinguat̄ ꝯ act⁹ fm phm ponentē. 2. ethi. c. 5. passiones. potentias. habit⁹ esse tanq̄ pncipia actionū. ergo beatitudo nō est actus. ¶ Itez pfecta vnio hois cum deo est relatio: sed perfecta hominum vnio cū B deo ē beatitudo hominis. ergo beatitudo hominis est relatio.

¶ Cōtra. beatitudo hois aut est habitus: aut actus: nō habit⁹: q2 tūc ꝯsisteret in virtute: qd̄ nitit̄ iprobare phs p° ethicoꝝ. c. 6. g̊ est actus. ¶ Itē phs pmo ethi. c. 9. venat̄ istā diffōnem felicitatis. s. q̄ felicitas est opatio ,ppria hois scdm̄ virtutē in vita pfecta. cū g̊ felicitas idem sit qd̄ beatitudo. beatitudo est actus.

¶ Rn̄deo. q̄ ⁊ si beatitudo extēdēdo nomen eius possit dici habit⁹ glorie: tū ,pprie loquēdo est act⁹ hois nobilissimus: actus. n. nobilior est habitu: q2 habitus ordinat̄ ad actū vt ad finez C ⁊ scdm̄ phm. 3. topic. finis pemīnet his q̄ sunt ad finem. vnde per bonū actū magis assimilatur homo deo q̄ est purus act⁹: q̄ per habitum tm̄. cum ergo beatitudo vite humane sit nobilissimū: quod esse possit in homine: cuz sit vite humane finis vltim⁹: vt ōnsum est. seq̄t q̄ beatitudo ,pprie loquēdo nō est habitus sed act⁹ siue plures siue vnus.

¶ Ad pm̄ in opp^m dōm q̄ iste act⁹ in quo beatitudo ꝯsistit ita est permanēs: sicut habit⁹ cuius est act⁹: q2 dei visio ⁊ fruitio sunt in bono itransmutabilr ⁊ inuariabiliter pmanentes: ⁊ pterea verbū phi itelligendū est ceteris pari- D bus. alias nō esset veꝝ. pmanētiora. n. sūt multa nō viuētia multis viuētib⁹. vnde ⁊ fm phm pmo ethi. c. 8. ,ppter diuturni⁹ esse non iudicat̄ per se vnū alio magis bonū. ¶ Ad 2^m dōm q̄ sicut cōiter dr̄ gaudiū nō est de eēntia beatitudinis: sed effect⁹ ei⁹ ab ea p se iseparabilis: q̄propter frequēter beatitudo nomē gaudij appellatur. Alij q̄bus magis assentio tenētes qd̄ gaudiū est de essentia beatitudis: dicūt q̄ cuz beatitudo dr̄ actus extēditur nomine act⁹ ad actuz siue eliciat̄ a bono: siue in bono causet̄ a beatitudinis obiecto: quid aūt de hoc sit tenēdum in articulo. 3. ostēdetur cū de visiōe ⁊ fruitione queret̄. ¶ Ad 3^m dōm q̄ cum dr̄ beatitudo vite humane est perfecta vnio hois cū deo non accipit̄ vnio pro relatiōe: sed pro actu vel actib⁹ q̄ vel q̄b⁹ hō pfecte deo vnit̄. Qō. V.

nisi fruitionē voces amoreꝫ cū gaudio. ¶ Ad
secundū dicēdū ꝙ phs dicit illud verbum vbi
retractat de delectatione secundum opinionē G
aliorum: q꞉ secundū propriam opinionem inci
pit tractare de illa. 4. c. ❡ Potest ēt dici illud
verbū. io. ethi. capitulo quarto ꝙ perficit ope
rationē delectatio vt superueniens quidaꝫ fi
nis. velut iuuenibus pulchritudo: esse intelli
gendum de delectatione sensibili. ❡ Vel po
test etiam dici ꝙ ibi accipitur iuuentus non

pro etate temporis: sed pro decētia seu cōgru itate dispōnis corporis: qz vt frequentius magis cōcomitatur illā etatē ꝙ aliā. Constat aūt ꝙ pulchritudo est de ratiōe decentis dispōnis corporis: cū dicat Aug. 22. de ciuitate. ca. 19. ꝙ pulchritudo corporis est partiū cōgruētia cū quadam coloris suauitate. Qō. vii.

A **Septimo** queritur vtrū tentio sit dos ab alijs distincta. Et videtur ꝙ sic aīa deo cōiungitur per memoriā intelligentiā & uoluntatē. qz sicut dicit Aug. 14. de tri. ca. 8. eo est ymago dei de quo capax eius & pticeps eē pōt. ſʒ sicut ostēdebaṫ. li. 1. ymago dei in aīa cōsistit in memoria itelligentia & voluntate: ſʒ in intelligētia est dos visionis: & in voluntate dos fruitiōis. ergo in memoria est tertia dos. illa aūt nō videṫ posse esse nisi tentio: qz actus memorie est tenere. ergo tētio est dos ab alijs distincta. ℂ Itez dotes aie videnṫ rñdere virtutibus theologicis: sed fidei rñdet visio. charitati fruitio ergo spei debʒ tertia rñdere que nō videṫ posse eē alia nisi tentio. ℂ Itē in aīa triplex est potentia. cogitatiua: & appetitiua: & ſm locū motiua: aliter sepata nō posset se de loco ad locuʒ mouere. cū ergo i cogitatiua sit dos visionis. in appetitiua dos fruitiōis. vṙ ꝙ in motiua sit dos tertia. ad pfectā. n. ꝯiunctio nē aie cū deo requiriṫ ꝙ per oēʒ sui potētiā cōiugatur ei. illa aūt dos nō vṙ posse esse nisi tentio: respicere. n. vṙ executiuā potētiā.

ℂ Cōtra. nō ponunṫ nisi tres aie dotes: sed si tentio eēt dos ab alijs distincta essent. 4. qz rationabilius vṙ ꝙ rectitudo voluntatis sit dos ꝙ tentio. ergo tentio nō est dos ab alijs distincta. ℂ Itez securitas nō est idē qđ tentio: ſʒ securitas sūma est vna de dotibus aie. icluditur eni in beatitudinis eēntia. ſm. n. sniam Aug. 13. de tri. ca. 8. ipossibile est aliquē esse btm̄ nisi sit securus de sue btitudinis ppetuatiōe. cū ergo non sint anime nisi tres dotes: tentio nō est dos ab alijs distincta.

ℂ Respōdeo. ꝙ ꝓpe loquēdo tentio non est dos ab alijs disticta. tenere. n. ſm Papiaʒ est hr̄e vel possidere: itellectus aūt clare vidēdo deū hʒ eū sub rōne summi veri: volūtas perfecte fruēdo eo hʒ ipm̄ sub rōne summi boni. vñ tenere summū veꝝ realr̄ idem est cum clara visione: tenere summū bonū realiter idē est cuʒ perfecta summi boni fruitiōe. Nec hoc dicēs volo dicere ꝙ visio & fruitio ꝓprie loquendo sint dotes: sed act⁹ dotiuʒ. dotes. n. qualitates sunt. vñ dos visionis est q̄daʒ habitus luminosus in itellectu quo eleuatur ad clare deum videndū. dos fruitōis est pfectus charitatis habitus quo aīa fruitur deo. vnde ꝓprie loquendo in dotib⁹ aie non cōsistit beatitudis essentia: sed in actibus eaꝝ ad quos ordinantur. sicut habitus ad actum: dos aūt tertia a duab⁹ alijs distincta est habitus perfectus quo volūtas est perfecte secura de tentiōis ꝓdicte perpetuatione. sine. n. predicta assecuratione non potest intelligi perfecte anima deo cōiuncta. vnde nō est dicēdū illam assecuritatē esse exclusionem timoris tantum: immo est quidam actus in voluntate respectu dei: sub rōne qua est ens summe arduuʒ quo excluditur omnis timor. & sic pʒ ex predictis ꝙ ſm rōnem intelligendi. pmo est dos visionis. secūdo dos fruitionis. tertio dos perfecte securitatis.

ℂ Ad pmum in oppositū dōm. ꝙ in vita beata memorie & intelligentie non respondet nisi habitus vnus. in vita. n. beata memoria nō respicit deum nisi mediante itelligentia: quia actus eius est clarā visioneʒ retinere. vñ obiectuʒ eius imediatū est ipsa visio clara. ℂ Ad 2[m] dōm. ꝙ dos correspōdens spei nō est tētio: vt dcm̄ est: sed securitas perpetuationis visionis & fruitionis. ℂ Ad 3[m] dōm. ꝙ tunc anima est deo perfecte coniuncta: quādo ꝯiuncta est ei ſm omnē potentiā ſm quā est ei ꝯiūgibilis imediate: nō est aūt talis potentia motiua ſm locū: qz sic ad deuʒ nō accedimus motu secūdū locū: cū vbiqʒ presens sit: ſʒ affectibus mētis. sic nec aīa ē ꝯiungibilis immediate sibi secundum illam potentiaʒ. vnde sibi non respōdet dos nisi mediate. s. agilitas q̄ est dos corporis respiciēs spāliter mobilitatē ſm locum. ℂ Ad pmum ad partem secundaʒ dōm. ꝙ rectitudo voluntatis cōprehēditur in dote fruitionis: qz sine rectitudine voluntatis non potest in aīa esse fruitio: sed fruitionis abusus: vt patet cum fruitur creaturis. Qō. viii.

A **Octauo** queritur vtrum in omnibus beatis sint dotes. Et videtur ꝙ non: quia dos datur sponso a patre sponse: sed oīa dona beatitudinis dantur beatis a patre spōsi qui sponsus est christus. ergo in nullo beato est aliqua dos. ℂ Item si dotes eēnt in beatis ratione spūalis matrimonij inter ipsos & deū: cum in vita presenti anima per gratiā despon setur christo in ecclesia militante essent dotes: quod falsum est. ℂ Item eiusdeʒ nō est dare dotes & recipere: sed beati q̄ dotes habent illas recipiunt a christo. ergo dotes non sunt in xpo: & sic nō sunt in oibus beatis. ℂ Item iter sponsum & sponsam debet esse nature conformitas: sed angeli nō sunt cōformes in natura xpo: nec rōne diuine nature: nec rōne humane.

ergo multitudo angeloꝝ nō comparatur xpo
B vt sponsa ad spōsuȝ:sed dotes nō dant:nisi ra/
tione mrimonij.ḡ in angelis nō sunt dotes.
❡ Cōtra.ornamēta sponsarū que eis dant qñ
traducuntur a sponso dotes sunt: sed oēs bea
ti habent ornamēta spūalia cū despōsantur a
xpo.ergo in oib⁹ beatis dotes sūt. ❡ Itē glo.
super illud Luc.12°. Et vos siles hoibus expe
ctan.⁊c.dicit ꝙ ad nuptias dñs iuit cum post
resurrectionē nouus homo angeloꝝ multitu/
dinē sibi copulauit.ergo multitudo angeloꝝ
est spōsa xpi.ergo sicut in alijs beatis sunt do/
tes:ita sunt in angelis sanctis.
❡ Respondeo.ꝙ de dotib⁹ cōtingit loq̄ du/
pliciter:aut secundū id qđ sunt:aut sub rōne q̄
C dotes sunt.pmo mō in oibus sanctis sunt iste
tres dotes.s.clara visio : pfecta fruitio : ⁊ per/
petuitatis vtriusqȝ securitatꝭ pfectio. dotes āt
corporis que sunt agilitas.ipassibilitas.subti/
litas.⁊ claritas:de q̄bus in seq̄ēti articulo in
spāli queretur:erunt post resurrectōeȝ in oib⁹
hoibus sanctis. Loquēdo vō de dotibus sub
rōne qua dotes sunt sic maxime proprie sunt
in aiabus beatis.aliquo etiam modo:quāuis
nō ita proprie sunt in xpo:⁊ in angelis sanctꝭ:
cuius rō est:q2 iter sponsuȝ ⁊ sponsam proprie
loquendo req̄ritur cōformitas in nā:distictio
in persona:⁊ ꝙ sponsa facta sit sponsa de non
sponsa:⁊ q2 iter xpm ⁊ essentiā hoium beatoꝝ
D est ꝯformitas in natura:⁊ distictio in persona:
⁊ de nō sponsa facta est spōsa: ideo in mrimo/
nio spūali maxime habȝ rōnem sponse:dicēte
apostolo ad ephe.5.ꝙ xps dilexit ecclesiam:⁊
semetipsuȝ tradidit ꝓ ea: vt illā scificaret mū/
dans lauacro aque in verbo vite:vt exhiberet
ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem
maculam aut rugam.cuȝ ergo dos assignetur
ratione matrimonij:visio fruitio securitas pfe
ctio in animabus beatis habent rationem do
tis magis proprie q̄ in alijs sanctis : in ange/
lis eni sanctis non est nature conformitas ad
christum:vt tangebatur in arguendo : ⁊ ideo
E ecclesia ipsorum non ita proprie habet ratio/
nē sponse sicut ecclesia hoiuȝ.hūana etiaȝ na/
tura christi non est conformis diuie nature in
natura:neqȝ disticta ab ea in persona : quia in
christo non est psona:nisi persona verbi:⁊ pre
terea nunquā fuit non sponsa: ⁊ ideo minime
proprie ea que dotes dicuntur in christo ha/
bent rationem dotis: quanuis illa que dicun/
tur dotes excellentissime sint in christo secun/
dum id quod sunt.
❡ Ad primū in oppositum dicenduȝ:ꝙ quā/
uis dos assignetur sponso a patre spōse; tamē
proprietas remanet penes sponsam: quanuis F
vsus debeat sponso.vnde soluto matrimonio
carnali dos remanet sponse.sic ⁊ dotes beato
rum sunt ad sponsi gloriam ⁊ propriam perfe
ctionē beatorum. ❡ Uel potest dici ꝙ ibi acci
pitur dos pro eo qđ datur spōse ex parte spon
si:secundū quem modū loquitur sacra scriptu
ra de dote.Gen.34.vbi habet:ꝙ dixit Sichē
Jacob ⁊ filijs ei⁹.Augete doteȝ ⁊ munera po
stulate ⁊ Exo.22°.vbi dicitur ꝙ si seduxerit q̇s
virginem dormieritqȝ cum ea dotabit eā ⁊ ha
bebit eam vxorem. ❡ Ad secundū dicenduȝ.
ꝙ dos antiquitus solebat assignari : quando
sponsa traducitur in domum sponsi: vt presen G
tem habeat sponsum:⁊ quia quādiu sumus in
hac vita peregrinamur a domino secundum
Apostolū secunde ad corin.quinto. ideo do/
nis que sanctis in hac vita conferūtur:nō con
uenit proprie ratio dotis. ❡ Ad tertiū dicen/
dum.ꝙ christus eo modo quo habet dotes re
cipit eas:inquantū homo: inquantum autem
deus effectiue confert dotes sanctis: quanuis
iquantum homo eas nobis meruerit. ❡ Ad
quartum patet solutio ex dictis in questione.
❡ Argumenta ad partem aliam procedunt
de dotibus secundum id quod sunt:⁊ de ratio
ne dotis large dicta.

Articulus. IIII.



Onsequenter q̄ritur d q̄rto pn
cipali.Et circa hoc querun/
tur octo . ❡ Primo vtruȝ in
corporibus beatorum erunt
dotes : i quo explicabit quot
⁊ que erunt:⁊ que origo earum . ❡ Secundo
vtrum dos impassibilitatis erit equalis in cor
poribus omnium beatorum. ❡ Tertio vtrum
omnes sensus erūt in actibus suis. ❡ Quarto
vtrum corpora beatoruȝ erunt clara. ❡ Quin
to vtruȝ corpora gloriosa erunt subtiliora ele
mentis. ❡ Sexto vtrum per suam subtilitateȝ
possit corpus gloriosum simul esse cum non
glorioso. ❡ Septimo vtrum corpora beato/
rum erunt agilia. ❡ Octauo vtrum ratione il
lius agilitatis anima poterit ea mouere i in/ A
stanti.

Questio. I.

Primo ostendo ꝙ in corporibus beatorū
non erunt dotes: q2 dotes ordinā
tur ad hoc:vt sponsa sit digna presentia spon/
si:sed homo nō erit dignus presentia spōsi:ni/
si propter dispositionem aie.ergo beati nō ha
bebunt dotes nisi in anima. ❡ Item si essent
ibi dotes originarentur ab anime beatitudie:
sed sensus ꝓpinq̄ores sunt aie q̄ corp⁹. ergo

magis eẽnt dotes in sensib⁹ corporis ꝙ̄ in cor
pore: cū ꝰ nō ponaꝛ ꝙ in sensib⁹ corporis sint
B dotes future: multo minus erunt in corpore.
¶ Item dotes essent in corporibus superflue
nisi ordinarenꝛ ad aīe operationē: cū corp⁹ sit
ꝓpter aīam: sed dispōnes corpis tūc nō pote/
runt coadiuuare ad aīe operationez maxime
ad illas: ꝗbus deo coniungiꝛ: qꝛ illas nō exer/
cebit per organum corporale. cuz ergo in cor
poribus beatorum nihil sit superfluuz futuꝝ:
in eis dotes non erunt.
¶ Contra. Sap. 3. fulgebūt iusti: ⁊ tāꝙ̄ sintil/
le in arūdineto discurrēt. in fulgore signaꝛ cla
ritas. in igne ipassibilitas qui est elemētū ma/
xime actiuū: ⁊ ſm Augu. super Gen̄. lib. 3°. nō
multū post ꝑncipiū. frigescere non pōt. in sub/
C tilitate scintille subtilitas. i discursu eius agili
tas. ꝰ in corpibus beatoꝝ erunt dotes ꝗttuor
.s. claritas: impassibilitas: subtilitas: agilitas.
¶ Itē Ansel. in li. de silitudib⁹ iter ꝑnᵐ ⁊ me/
diuz dicit ꝙ ꝑtes beatitudis sunt pulchritudo
agilitas: fortitudo: libertas: sanitas: volūtas:
longeuitas. ꝰ septē sunt corporis dotes.
¶ Respōdeo. ꝙ in corporibus beatoꝝ erunt
dotes. sicut. n. dispōnes aīe beate per quas dō
perfecte coniūgiꝛ: ⁊ ei obedit: ꝑfecte dotes di
cunꝛ ꝓpter rōnes dictas in qōne precedēti. sic
dispōnes corpoꝝ beatorum: ꝑ quas ꝑfectius
suis aīab⁹ ꝯiungenꝛ: ⁊ eis perfecte obediēt do
tes dnr: ⁊ erunt ꝗtuor. s. ipassibilitas: claritas:
D subtilitas: agilitas. corp⁹. n. ab aīa perficitur ⁊
moueꝛ: ⁊ ideo erūt dispositiōes i corpe per ꝗs
ꝯiungeꝛ ei perfecti⁹ sicut forme: ⁊ dispositio ꝑ
quā ei perfecte obediet vt motori. aīa aūt inꝙ̄
tum est corporis forma ipm ꝑmo actu vite vi/
uificat: qꝛ per ipsam corp⁹ hꝫ esse viuū ⁊ actū
sentiendi ei cōicat. inꝙ̄tū aūt est corporis mo
tor cōceptus suos interiores per corpus sensi/
biliter manifestat. ⁊ ipꝫ localiter mouet. ꝓpter
ꝑmū dabiꝛ corpori ipassibilitas per quā vnio
eius cū aīa indissolubilis permanebit. ꝑꝑ scdꝫ
dabiꝛ corpori subtilitas. quāto. n. corpora sunt
ꝯplexionis subtilioris ⁊ temperatioris. tanto
actus sensuū sunt viuaciores. ꝑꝑ tertiuz erit in
corpore claritas. vñ Gre. li. 18. mora. inter me/
E diū ⁊ finē: exponēs illud Iob. 28. Nō adequa
bitur ei aurū vel vitrū. dicit ꝙ beatoꝝ ciuium
corda sibiīuicem claritate fulgent ⁊ puritate
translucent. ⁊ parū post ibi. Uniuscuiusqꝫ mē
tem ab alterius oculis membroꝝ corpulentia
non abscondet: sed patebit animus corporali/
bus oculis. ipsa ēt corporis armonia sic vnus/
quisqꝫ tunc erit conspicabilis alteri sicut nunc
esse non potest cōspicabilis sibi. propter quar
tum erit in corpore agilitas. vnde Aug. 22. de
ciui. ca. 11. dicit ꝙ deus a corporibus beatis au
feret graue pondus. ⁊ infra. 30. ca. dicit ꝙ vbi
volet spirit⁹ ibi erit protin⁹ corp⁹. hꝭ quatuor
dotes ex verbis apostoli. 1. Cor. 15. possunt acci
pi: vbi dicit de corpore. seminaꝛ in corruptōe:
surget in icorruptione. seminatur in ignobili/
tate surget in gloria. seminaꝛ in ifirmitate sur/ F
get in virtute. seminaꝛ corpus aīale surget cor
pus spirituale. ita vt surgere in incorruptione
referatur ad ipassibilitatem. surgere in gloria
ad claritatē. surgere in virtute ad subtilitatē.
surgere spūale ad agilitatē. vnde Glo. sup il/
lud. Surget corpus spūale. dicit ꝙ erit agile.
per dotes antē predictas erit corpus perfecte
obediens anime modo suo. vt anima per suas
dotes perfecte obediens deo. Unde Aug. 16.
de ci. ca. 27. imperabit de⁹ animo. animus cor/
pori tanꝙ̄ obedienti. ibi erit suauitas ⁊ facili/
tas ꝙ̄ta regnādi viuēdiqꝫ felicitas. ¶ Erit aūt
predictarū dotuū origo a deo per creatiōez: vt
ꝗdam non iprobabiliter dicunt. vnde pro tan
to dicitur ꝙ predicte dotes erunt in corpore a
beatitudine anime per quandā redundantiā.
qꝛ deus illas creabit in corporibus beatoꝝ ꝓ/ G
pter meritum animaꝝ. qꝛ in via ⁊ sibi ⁊ corpo
ribus suis gloriā meruerunt. ¶ Unde pōt di/
ci probabiliter ꝙ origo illarum dotium erit a
deo: non tamen per creationez: sed mediante
beatitudine anime. qꝛ sicut dicit Augu. in epi/
stola ad Dioscorum ante medium. Tam po/
tentem fecit deus aīam vt ex plenissima beati/
tudine que in fine temporum sanctis promitti
tur redundet in inferiorē naturam que est cor
pus: non beatitudo que fruentis ⁊ intelligen/
tis est propria. sed plenitudo sanitatis ⁊ incor
ruptiōis vigor. Nec erit ista redundantia per
modum multiplicationis beatitudinis anime
que in corpus recepta distinguatur in predi/
ctas quattuor qualitates corporales. hoc eniꝫ
dicere est irratōabile: sed anima virtute beati H
tudinis sue ⁊ cooperante sua naturali virtute
de potētia corporis predictas qualitates edu
ceꝛ in actum. non enim in potentia corporis
est illud tantum ꝙ de ipso potest fieri natura/
liter: sed etiam ꝙ de ipso potest fieri superna/
turaliter creata virtute: ſm quem moduz sunt
ibi in potentia dotes. ⁊ etiam illud ꝙ de seipo
fieri potest per virtutem increatam immedia/
te. vnde Aug. lib. 9. super Geñ. versus finem.
vt lignum de terra excisum aridum. per poli
tū sine radice vlla: sine terra ⁊ aqua repēte flo

reat ⁊ fructuꝫ gignat: vt p iunctam sterilis fe/
J mia in senectute pariat. vt asina loquatur: ⁊ si q̄/
dē eiusmodi est dedit de9 naturis q̄s creauit:
vt ex eis hoc fieri posset: neq̃. n. ex eis ille face
ret qđ ex eis fieri nō posse ipse pficeret: sed ta/
lis potētia in corpore ē pura possibilitas obe
dietie: Quis aūt quelibet dos ex tota btitudie
aie originetur: tñ p appropriationē pōt attribui
perfectiōi securitatis origo ipassibilitatis. pfe
ctioni visionis origo claritatis. pfectioni dele
ctatiōis origo subtilitatis. hic amor. n. maxie
est penetratiu9: ⁊ subtilitatis est penetrare: vt
pōt trahi ex snia phi. 2. de gene. pfectōi poten
tie motiue: q̄r remanet in aia sepata: q̄r aliter
K nō posset se de loco ad locuꝫ mouere: attribui
pōt origo agilitatis. ¶ Ex dictis pꝫ solo ad il
lam q̄ōnem vtrū dotes beatoꝝ corpoꝝ erunt a
deo imediate tm̄ per creationem.
¶ Ad pmū in oppositū dōm. q̄ q̄uis sponsa
nō sit digna presentia sponsi dignitate eēntia
li: nisi pp beatitudinē aie directe ⁊ p se: tamen
quadā dignitate accñtali dignior efficitur psen/
tia sponsi. pptr gloriā corporis: iquātū p hoc
nō ipedit aia: sed pmouetur in actu sue beati/
tudis essentialis: vt pꝫ ex superius dictis in il/
la questiōe: vtrū electoꝝ beatitudo erit maior
post iudiciū q̄ ante. ¶ Ad 2m dōm. q̄ sicut di
L cit August. 12. lib. de tri. c. 1. q̄cq̄d habemus in
aio cōe cū corpore pertinet ad hominem exte
riorē. ⁊ iō q̄r actū sentiendi hēmus aliquo mō
cōem cuꝫ pecore: in dotatōe corporis dotatio
sensuū comprehēditur. ¶ Ad 3m dōm. q̄ dotes
corporis iquātū per eas erit pfectior vnio cor
poris ad aiam: ⁊ corpus obedienti9 aie coope/
rabuntur ex ꝯsequenti ad hoc: vt perfectiores
sint actus q̄b9 animi deo cōiungitur: iquātuꝫ pp
pdicta aia perfectius habebit esse: ad qđ sequi
tur eā habiturā perfectiorē opationē: vt decla
ratum est superius in hac di. in illa q̄ōne. vtrū
electoꝝ beatitudo erit maior post iudiciuꝫ q̄
añ: pter etiā dotes pdictas redditur corpus
tale: vt in nullo aggrauet aiam: quāuis eā ag/
grauet: duꝫ est corruptibile: iquātū ēt per do
M tes predictas magis vigebunt in actibus suis
potentie sensitiue: coadiuuabunt ad illaꝫ ope
rationem intellectus qua itelliget quiditates
rerum sensibilium in fantasmate: quas quidi/
tates triplici modo itelliget. s. i verbo: ⁊ in p/
prio genere sine fantasmate: ⁊ cum fantasma/
te: si placuerit voluntati: cuꝫ modus itelligen
di cum fantasmate sit homini naturalis.
¶ Ad secundū argumentū ad partē aliaꝫ di/
cenduꝫ. q̄ pulchritudo reducitur ad claritateꝫ.
libertas ad agilitatem: fortitudo ad subtilita/
tem sanitas voluptas longeuitas ad impassi/
bilitatem. Questio. II.

**Secundo** queritur vtrū dos ipassibilitatis
erit equalis in corporib9 oiuꝫ A
beatoꝝ. Et videtur q̄ sic. sm phm. 3. topi. albius
est qđ nigro ē ipermixtius. g̃ nō est ipassibili9
nisi quod est impassibilitati ipermixti9: sꝫ nul/
lius corpis glorificati ipassibilitas est passibi/
litati pmixta. ergo impassibilitas in oibus erit
equalis. ¶ Itē puationes nō recipiūt magis
⁊ minus: q̄r puatio est ablatio totius habitus:
sed ipassibilitas est puatio passibilitatis. ergo
vnū corpus glorificatum: nō erit alio impassi
bilius. ¶ Item apl'us. 1. cori. 15. electos in re/
surrectione comparat stellis: sed ipassibilitas
equaliter est in oib9 stellis. ergo equaliter erit
in omnibus corporibus beatis.
¶ Contra. ipassibilitas que nō excludit neces B
sitatē corruptibilitatis recipit magis ⁊ min9:
sed talis erit ipassibilitas corpoꝝ beatoꝝ. cor/
pus. n. gloriosum palpabile est. vñ vt habetur
Luc. vlt. dñs post resurrectionem suā dixit di/
scipulis suis. palpate ⁊ videte ⁊c. sed sicut dicit
Grego. in quadā omelia sup illud Jo. 20. cuꝫ
eēt sero die illa. Corrumpi necesse est: qđ pal/
patur. ergo corpora beatoꝝ non erunt equali
ter ipassibilia: nec in eis vera ipassibilitas erit
vt videtur. ¶ Iteꝫ puatio que nō tollit totū ha/
bitum recipere pōt magis ⁊ minus: sed ipassi/
bilitas corpoꝝ beatoꝝ: nō tollet totam eorum
possibilitatem: q̄r nihil tollet pertinens ad ho
minis q̄ditateꝫ: ad quam pertinet esse morta
le: cuꝫ in eius diffōne ponatur. ergo ipassibilitas C
in corporibus beatoꝝ erit secundū mai9 ⁊ mi/
nus. ¶ Itē claritatis nō erit dos equaliter in
corporib9 oium beatoꝝ. Vñ apostolus. 1. cori.
15°. stella a stella differt in claritate. sic ⁊ resur
rectio mortuoꝝ. g̃ a sili nec dos ipassibilitatis.
¶ Respōdeo. in ipassibilitate est ꝯsiderare ⁊
illud qđ ponitur: ⁊ illud qđ excludit. quāuis eni
significetur negatiuo modo: tamē res per eaꝫ si
gnificata non est puatio: sed habitus. est enim
qualitas in corpore ex redūdantia beatitudis
anime causata corpus prohibēs ab omni pas
sione sue perfectioni cōtraria. vñ pprie loquē
do res significata per eaꝫ aliquo modo cōpa
rari videtur ad rem significatā per passibilitatē: D
sicut habitudo ad puationē large dictaꝫ. passi
bilitas. n. iportare vr defectuꝫ virtutis: qua vir
tute posset phiberi corpus ab omni passione
sue perfectōi cōtraria. Dico ergo q̄ quātū ad
exclusionē passibilitatis ipassibilitas erit eq̄li
ter in corporibus omniū beatoꝝ: q̄r in quoli/
bet excludet omnē passibilitatem perfectioni

E contrariam:quãtuꝫ aũt ad illud qȯ ponit ipaſ
ſibilitas:dico ꝙ nõ erit equalis in corporibus
oium beatoꝝ:ſed different ſm dr̃iam merito/
rum:ꝛ ſm differentiã beatitudis aiaruꝫ:tñ erit
equalis in oibus partibus eiuſdẽ corporis:q̇a
ſi eſſet inequalis in partibus eiuſdẽ corporis.
ex hoc non redderetur perfectioꝛ:ſed imper/
fectioꝛ impaſſibilitas totius.
¶ Ad p̃m in oppoſitũ dõꝫ.ꝙ nõ tm̃ itenditur
per minorẽ ſui permixtionẽ cum cõtrario:ſed
etiã per acceſſum ad terminũ:ſicut pꝫ in cha/
ritate que iequalis eſt in beatis:ꝛ tñ in nullo
beato eſt permixta cupiditati.vñ cũ phus di/
cit formã recipe magis ꝛ minus per maiorem
vel minorẽ impermixtionẽ cũ ſuo ꝯtrario:ex/
F tendit cõtrarietatẽ ad illam habitudineꝫ que
eſt iter reꝫ minus perfectã:ꝛ magis perfectã:
ſm quẽ modũ videt̃ eam accipere.5.phyſi.cuꝫ
dicit de alteratiõe ꝙ cũ ſit in minus contrariũ
dicet̃ mutare in magis aut tãq̃ ex cõtrario in
idem.¶ Ad 2m dõm.ꝙ ipaſſibilitas ꝛ ſi ſigni
ficet per modũ p̃uationis:tamen res ſignifica
ta eſt habitus:ecõtrario aũt eſt res in paſſibili
tate.ſignificat.n.per moduꝫ habitus:ꝛ res ſi/
gniſicata aliquo modo videt̃ p̃uationis rõneꝫ
habere:q̇a res eſt paſſibilis iquantũ eſt in po/
tentia:ꝛ ſicut dicit Auicẽ.4.metaph.c.2.potẽ
tia eſt imperfectio:ꝛ effectus eſt ꝑfectio:ꝛ bo/
num in omni re non eſt niſi ipſam eſſe in effe/
G ctu ibi accipiens effectuꝫ pro actu creato:ꝛ lo
quens de bonitate creature.¶ Ad 3m dicen/
dũ.ꝙ quãuis paſſibilitatis excluſio ſit in oib⁹
ſtellis equaliter loquendo de paſſibilitate ꝑfe
ctioni ꝯtraria:perfectio tñ contraria q̃ ſignifi/
cat̃ noie ipaſſibilitatis nõ eſt equaliter in eis.
¶ Ad p̃mũ ad partẽ 2am dõm.ꝙ illud verbũ
Grego.corrumpi neceſſe eſt qȯ palpat̃.intelli
genduꝫ eſt de eo qȯ palpatur relicto naturali
bus ſuis:ꝛ de palpabilitate que eſt ſm p̃mas
qualitates actiuas ꝛ paſſiuas:aut per qualita
tes cauſatas ab eis.¶ Ad 2m dõm.ꝙ mortale
non ſignificat aliquid ꝑtinẽs ad hominis qui
ditatẽ.vñ phs.5.topi.Si q̇s ꝓcedat ex morta/
H li aliquẽ fieri imortalẽ nullus dicit aliam vitã
eũ ſumere:ſed caſum aliquẽ vel paſſionẽ huic
eidẽ aggrauari:ponit̃ g̊ mortale in diffinitiõe
homis non vt eſſentialis dr̃ntia:ſed ad circũ/
loquẽdũ eẽntialẽ dr̃iam.ꝛ Uel põt dici ꝙ ibi
nõ debet poni niſi ſm opinionem Porphirij
qui eſtimauit angelos eſſe animalia rõnalia ꝑ
naturã imortalia:ꝛ mortalitateꝫ pertinere ad
homis naturã:ita vt nõ poſſꝫ fieri immortalis
remanens homo:in quibus Porphirius tur/
piter errauit. Queſtio. iii.

Tertio querit̃ vtruꝫ omnes ſenſus erũt in
actib⁹ ſuis. Et videt̃ ꝙ non:q̇a cor A
pora beatoꝝ erunt impaſſibilia:ſed ſm phũm
in lib.de plantis.ſenſus eſt paſſio ſentientis.g̊
in beatis nullus ſenſus erit i ſuo actu.¶ Iteꝫ
ſecũdo de aia dicit de vegetatiua ꝙ maxie cõ/
munis aie potẽtia eſt:ſm quã viuere eſt in oi/
bus viuẽtibus:ſꝫ in beatis nõ erit in actu ſuo
aliqua potẽtia anime vegetatiue:qꝛ nõ nutriẽ
tur:nec augebuntur:nec generabunt̃.g̊ nec in
eis erit actus alicui⁹ potentie anime ſenſitiue.
¶ Itẽ imutatio naturalis precedit ordine na
ture imutatõeꝫ aialẽ:qꝛ eſſe nãlẽ ordinem na/
ture p̄cedit eſſe itentionale:ſed in corpib⁹ bea
toꝝ nõ erit mutatio nãlis:qꝛ illa nõ poteſt eẽ B
cũ ipaſſibilitate.g̊ nec imutatio aialis.¶ Iteꝫ
ſm Auicẽ.6.lib.naturaliũ.c.7.potentiaꝝ ani
me vna retrahit aliã a ſua operatõe.ergo ſi in
beatis ſenſus eſſent in actib⁹ ſuis:itellectus ꝛ
voluntas in eis traherent̃ a ſua operatiõe:qȯ
falſum eſt.¶ Item ſenſus guſt⁹ deſeruit virtu
ti nutritiue:ſed virtus nutritiua nõ erit in eis
in ſuo actu.g̊ nec ſenſus guſtus.¶ Iteꝫ odor
apprehendit̃ cũ quadã fumali euaporatiõe q̃
a corpe odorifero reſoluit̃:ſed tũc in nulla cor
porali creatura erit talis reſolõ:q̇a nõ põt ſta
re cũ ipaſſibilitate.g̊ in beatis odorat⁹ nõ erit
in actu.¶ Itẽ vox generat̃ ſiue ſonus q̇cunq̃ C
in aliqua natura paſſibili:ꝛ cuꝫ quodã tremo
re mediJ ad auditũ ꝑtingit ſm ſniam phi.2.de
aia.ſed celũ empireuꝫ q̇ eſt locus beatoꝝ:nõ ẽ
paſ̃e nec mobile.ergo i ipſo nullus poterit ge
nerari ſonus.g̊ nõ erit auditus in actu.¶ Itẽ
illud qȯ eſt in actu lucidũ nõ eſt receptiuũ ſpe
ciei viſibilis.vñ ſpeculuꝫ directe poſitũ ſub ra
dio ſolis nõ rep̃ſentat ſpẽm corpis oppoſiti:ſꝫ
pupilla in oculis beatoꝝ erit lucida.g̊ non po
terit recipe ſpẽm viſibilẽ.g̊ viſus in beatis nõ
erit in ſuo actu.¶ Itẽ ſenſus tact⁹ ꝓpter ſuaꝫ
mãlitatẽ nõ imutat̃:niſi cũ quadã tranſmuta/
tione mãli:ſed in beatis nulla erit tranſmuta/
tio talis:qꝛ nõ poſſet ſtare cuꝫ ipaſſibilitate.g̊
in btĩs ſenſus tactus nõ erit in ſuo actu.
¶ Contra.Apoca.c.5.videbit eũ ois oculus. D
ſed qua rõne ſenſus viſus in beatis erit in ſuo
actu:eadẽ rõne omnes aliJ:vt videt̃.¶ Itẽ na
tura humana erit in beatis in maxima perfe/
ctione:ſed perfectiores ſunt ſenſus actibus cõ
iuncti q̃ non coniuncti.ergo in beatis omnes
ſenſus erunt in actibus ſuis.¶ Itẽ ſenſus pro
pinquiores ſunt anime q̃ corpus:ſed corpus
ꝓpter beatitudinem aie premiabit̃.ergo ꝛ ſen
ſus premiabit̃ aliqua delectatione:ſed delecta
tio nõ poteſt eſſe in ſenſu ſine actu.ergo i bea/

tis quilibet sensus erit in suo actu.

E ¶ Respondeo q̄ in beatis q̄libet sensus erit in suo actu. Ad cuius intelligentiam sciendū q̄ duplex est imutatio sensus. Quedam quaȝ cōcomitat̄ nālis orgāi trāsmutatio. Quedaȝ quaȝ talis trāsmutatio nō cōcomitat̄: sed patitur sensus tm̄ passiōe animali. In p̄ma imutatione sensus ita recipit formam sensibilē: q̄ vere denominat̄ ab ea: vt cum homo calidus ita sentit calorē q̄ instrumentū sensus est calidū. In secūda mutatione ita recipit similitudinē forme sensibilis q̄ nō denomiat̄ ab ea. sicut pȝ in visu: visus. n. videndo albū nō efficit̄ albus. albedo. n. vnuoce nō p̄dicat̄ de albedine que est in pariete: ꝛ de ciꝰ silitudine que est in ocu

F lo. p̄ma imutatio nō potest esse sine materiali transmutatione que stare nō posset cū ipassibilitate beatoꝝ: sed secunda imutatio nō rq̄rit de necessitate nisi quādaȝ imutationē seu passionē aialem. sine hac aūt esse nō potest: q2 sensus est quedaȝ passio aialis. Loq̄ndo de actu sentiendi mō secūdo itelligo q̄ in beatis quilibet sensus erit in actu: quia passio talis sensus est eius secūdaria pfectio. Sȝ vtꝝ hoc futuruȝ sit p effluxū a superioribus viribus in sensus: aut p susceptionē a rebus extra aiam dubium est quo ad aliquos sensus: maxie quo ad odoratū ꝛ gustum: credo tū q̄ hoc erit non tm̄mo do per aliquē influxū ab iteriori vt forte a bea

G titudine aie: sed etiā per susceptioneȝ a rebus que sunt extra animaȝ: vt patebit singulatiȝ in solutione argumentorum.

¶ Ad p̄mū in oppositū dōm. q̄ beati nō erūt ipassibiles passione animali: q2 talis passio est quedā patientis perfectio ₰m p̄hm. secundo de aia. ¶ Ad 2m dōm. q̄ non est simile de actibus potentiaꝝ vegetatiue ꝛ potentiarū sensitiue: q2 p̄mi actus includunt mutationeȝ naturalem ꝛ transmutationeȝ materialem in eo in quo sunt: sed talis transmutatio in beatis esse nō poterit: actus autem sensuū talē transmutationem non requirunt: quia sicut dicit p̄hs.

H secūdo de anima. O portet de omni sensu accipere vniuersaliter: quoniā est susceptiuus specieꝝ sensibiliū sine materia. ¶ Ad 3m dōm. q̄ quedā a sensibilibus nata sunt imutari imutatione naturali ꝛ nō animali: vt corpora corruptibilia inanimata: quedaȝ nata sunt imutari ab aliquo obiecto imutatiōe animali ꝛ nō naturali: sicut visus imutatur ab albedine. videndo. n. non efficitur albus: quedā nata sunt immutari vtroq̄ȝ modo: sicut tactus in hac vita corruptibili vtroq̄ȝ modo potest imutari a calido: beati aūt imutari nō poterūt a sensibꝰ ni

si imutatōe aiali. Cū ergo dicit̄ q̄ imutatio naturalis ordine naturali p̄cedit imutationē anima lē. Dōm hoc nō esse veꝝ nisi in re q̄ vtroq̄ȝ modo pōt imutari. ¶ Ad 4m dicēdū. q̄ actꝰ vnius potētie nō retrahit aliā a sua operatōe: nisi quādo actus vniꝰ nō est mō debito ordinatus ad actꝰ alterius: vel qū vnus non est regula alteriꝰ. actꝰ aūt sensuū in btis regulabunt̄ p actionē intellectus: ꝛ ₰m imperiū voluntatis ordinabunt̄ ad cognitionē itellectus qua contēplabit̄ diuā essentiā in effectibꝰ suis. ☞ Preterea. pfectio glorie. p̄hibebit ne opatio vnius potētie ipediat alteriꝰ opationē qḋ nō pōt facere nā in hoc corruptibili statu. ¶ Ad 5m dicendū. q̄ gustus nō erit ibi in aliquo actu deseruiēte nutritiue: sed tm̄mō iquātū est apprehensiuus sapoꝝ: ꝛ hoc pōt separi ab alio: quia erit imutatio aialis sine mutatione nāli ꝛ mā

K li. ☞ Sed a quo sic imutet̄ gustꝰ: cū certū sit q̄ beati nō gustabunt aliq̄d corporaliter saporo suꝫ: dubiū est: ꝛ dicūt q̄dā q̄ illa imutatio erit in gustu ex vi beatitudis aie: sed q2 vt alijs videt̄ hoc mō beatꝰ nō sapet: ȝ videret̄ sibi saporē apprehēdere: sicut hō cuiꝰ visus imutat̄ ab iteriori nō videt: sed appet sibi q̄ videat. ideo dicūt q̄ erit quedā humiditas in ligua beatorū hn̄s illū saporē qui maxime cōpetit pfectioni sensus illius q̄ in lingua beati seruabit̄ icorruptibili ppetuū. ☞ Sȝ q2 isti nō dicūt p quē

L modū causet̄ illa humiditas: nō adhuc satisfaciūt. Vn̄ mihi vr̄ dōm. q̄ hec hūiditas aut fiet a deo in lingua per creatōeȝ: aut cābitur in ea ex vi beatitudis aie: nec ex hoc sequeret̄ q̄ gustus non saperet: sed tm̄ sibi videret̄ sape: q2 ex vi beatitudis aie nō cābit̄ in ligua similitudo humiditatis tm̄: sed vera humiditas: in q̄ erit nō similitudo saporis: ȝ verus sapor. Cuȝ aūt in sōnis appet homini q̄ videat: ꝛ tamē nō videt: nō obijcitur illi ꝟtuti verus color: sed similitudo coloris. ¶ Ad 6m dōm. q̄ fumalis euaporatio nō est p se necīa ad hoc vt similitudo odoris ptingat vsq̄ȝ ad olfatuȝ: qḋ pȝ. q2 sic re

M fert p̄hs. secūdo de aia. quedaȝ sunt aialia que a longe currūt ad alimētū: per hoc q̄ ab odore mouent̄. vn̄ vultures ex odore percepto ad loca tā remota currūt ad cadauera: q̄ nō eēt possibile q̄ euaporatio facta ab illis cadaueribus pertingeret ad loca tā remota: sed q̄ cuȝ mltiplicatiōe odoris fiat euaporatio aliqua a corpore odorifero hoc prouenit ex hoc: q2 corpora odorifera sunt nimia humiditate aspersa: sed in corporibus gloriosis erit odor in sua vltima perfectione: nullo modo per aliquā superfluā humiditatem dispersus. ꝛ ideo ab eis

N multiplicabitur odor ad olfatum sine aliqua euaporatione. ¶ Ad 7m dõm. ꝙ in pria erit sonus: qꝛ ibi erit laus vocalis: vt dicit glo. sup illud psal. Exultationes dei in gutture eorũ: ꝛ imutabit auditum nõ facta aliqua mutatione nãli ꝛ mãli in auditu nec in medio: ꝛ generabit in ipo medio absqꝫ mãli passibilitate vł in aere in loco formationis vocis reseruato q̃ ibi incorruptibiliter pmanebit. ¶ Uel põt dici ꝙ ptes celi empirei diuidi possunt a seiuicem: ꝛ iterũ vniri: sicut videmus in ptibus aeris: põt etiã secundũ ptes sui moueri motu tremoris ꝛ pati illa passione que necia est ad formationem vocis ꝛ ispirationẽ ꝛ respirationẽ. cuꝫ. n. hic motus sit vitalis dicũt quidã ꝙ erit in beatis. vñ ita se hẽbit illud corp⁹ ad corpora glo-

O rificata: sicut aer ad cõpora corruptibilia: ꝛ celum aqueũ ad eos se habebit aliquo modo: sicut ad nos se habet terra quo ad hoc ꝙ habebunt pedes suos super cõuexitateꝫ illi⁹: q̃uis quãdocũqꝫ placebit eis: ita se sine quacũqꝫ difficultate eleuare poterunt: vt illud nõ tangãt: ꝛ tamẽ illud corpus est incorruptibilis nature. sicut. n. in celo stellato est soliditas ꝛ firmitas: ita vt diuidi ptes eius nõ possint abiuicẽ virtute creata: que tamẽ soliditas vel firmitas non sunt causate per. 4. pmas qualitates contrarias: que sunt caliditas: frigiditas: humiditas: siccitas: sic qualitas per quã celum empireum est penetrabile ꝛ supradicto modo pas-

P sibile non est aliqua de qualitatib⁹ predictis: nec per aliquã illarum creata: ꝙ aũt predicta passibilitas incorruptibilitati illius corpis nõ repugnet videt̃ posse persuaderi per Augus. dicentẽ. secũdo super Geñ. paꝝ vltra mediũ: ꝙ celo non moto si sola sydera verterentur fieri potuisse omnia q̃ in ipsis syderum versiõib⁹ animaduersa atqꝫ deprehensa sunt: in quo sentire videtur ꝙ possibile esset stellam incedere de vna parte celi ad aliã: quod sine diuisione partium celi ꝛ reunione fieri naturaliter non posset: ꝛ tamen illud celum etiã incorruptibile est. hoc tamen de celo stellato nõ approbo: sed pro tanto hoc allegaui: quia sentire videtur ꝙ talis passibilitas incorruptibilitati cor-

Q poris non repugnat. ¶ Ad octauũ dicendũ. ꝙ maior est falsa. vnde ꝙ in speculo in quo re fulget lumen solis nõ appareat species corporis cõtrapositi: prouenit ex hoc ꝙ visus vincitur a reflexione luminis: ita vt non percipiat se imutari per reflexioneꝫ imaginis corporis speculo oppositi: sicut visus non immutatur lumine stellarum in presentia luminis solis. ¶ Ad nonũ dicendũ. ꝙ trãsmutatio materialis accidit tactui ad hoc ꝙ immutetur passione aiali: ꝛ iõ in beatis imutabit̃ passiõe aiali si ne trãsmutatiõe materiali: qꝛ est accidẽs sepa- rabile ab aiali immutatiõe. Q̃ó. iiii. A

Quarto queritur vtrum corpora beatoꝝ subtiliora erunt elementis. Et videtur ꝙ nõ. In corporibus electorum tantuꝫ erit de materia sicut modo: qꝛ tota eorum materia resurget in eis: s; corpora in quibus sub equalibus dimensionibus equaliter de materia est: eq̃liter sunt grossa vł subtilia. ergo corpora beatoꝝ nõ erunt subtiliora q̃ modo: sed certum est ꝙ modo nõ sunt subtiliora elementis. ergo nec tunc. ¶ Item alie qualitates nõ intẽdent̃ in corporib⁹ gloriosis: sed magis reducent̃ ad mediũ. g̃ a simili nec subtilitas: cuꝫ B g̃ mõ nõ sint subtiliora elemẽtis: nec tũc erũt. ¶ Cõtra. 1. ad corin. 15. Seminat̃ cõpus aiale surget spũale: sed res spũalis subtilior est elemẽtis. ergo corpora gloriosa erunt subtiliora elementis. ¶ Item corpora quanto sunt subtiliora tanto nobiliora: ꝛ econuerso. sed corpora beatorum erunt nobiliora elementis. ergo erunt elementis subtiliora.

¶ Respõdeo. ꝙ subtile dicit̃ a ṽtute penetrãdi secundũ ꝙ põt accipi ex verbis phi. 2. de generatiõe. res aũt triplici de cã est penetratiua . s. aut ꝑpter quãtitatis paruitateꝫ maxime secundum latũ ꝛ ꝓfunduꝫ. vnde ꝛ acus quãuis longa penetratiua est: aut ꝑpter raritateꝫ seu materie paucitateꝫ: ꝛ sic aer penetratiuus est: C aut ꝑpter actiue virtutis magnitudineꝫ: ꝛ sic vinũ penetratiuũ est multo magis q̃ simplex aq̃: quãtũcunqꝫ tenuis: quapropter aq̃ cũ modico vino bibita magis refrigerat sanum q̃ si per se bibatur: quia vinuꝫ facit eã ad loca corporis penetrare ad que per se penetrare non posset. Secũdũ pmã causam penetrandi non attenditur subtilitas corporũ beatoꝝ: quia in debita quãtitate resurgent: nec etiaꝫ secundũ causaꝫ penetrandi secundã: qꝛ mã tota que necessaria est ad essentiaꝫ eoꝝ resurget in eis. vñ q̃dã errauerunt dicẽtes ꝙ erunt tenuiora vel rariora aere vel vẽto. vñ Grego. 14°. li. mora. ṽsus finẽ. Nõ sicut eutitius ꝯstantinopolitãe vrbis episcop⁹ scripsit: corpus nostrũ in illa re D surrectiõis gloria erit ipalpabile vẽtis aereqꝫ subtili⁹. S; sm tertiã cãꝫ attẽdit̃ subtilitas eorũ. ꝓ ṽtutẽ. n. beatitudis aie erit in btis corporib⁹ tãta magnitudo virtutis actiue ꝙ per eã multo efficacius poterunt penetrare q̃ ignis vel aer vel q̃ dimẽsiones etiã si essent sepate. vñ Ansel. magnitudinẽ sue ṽtutis actiue attẽdens dicit in li. de silitudibus inter pn^m ꝛ me-

dium de quolibet beato qꝫ in tm̄ erit fortis: vt
E etiam si velit terrā cōmouere possit. vn̄ Greg.
vbi ṗus. in illa resurrectōis gloria erit ēt cor-
pus nostrū subtile per effectū spūalis potētie:
sꝫ palpabile p ṽtutē nature. Dico ergo qꝫ lo-
quendo de subtilitate tertio modo dicta cor-
pora beatoꝝ nō erūt subtiliora aere vel igne:
sed econuerso. loqndo aūt de subtilitate tertio
modo dicta subtiliora erūt quocūqꝫ elemēto
ēt q̄ ad dimensiones: ēt si eēnt separate: ꝛ hec
subtilitas erit equalr̄ in oibus partib⁹ eiusdeꝫ
corpis. eque eni pfecte ꝛ facilr̄ poterit vna ps
corpis glorificati simul esse cū corpe nō glori-
ficato: sicut alia subtilitas: tn̄ secūdo modo di-
F cta nō erit equalis in oibus partib⁹ corpis: qꝛ
debita corpis armōia reqrit: vt vna ps corpo-
ris sit rarior q̄ alia: ꝛ aliqua densior alijs: erit
tamen in partibus corporis dēsitas ꝛ raritas
secundū illā proportionem: quaꝫ reqrit perfe-
cta humani corporis armonia.

¶ Ad ṗmū in oppositū dōꝫ. qꝫ ꝓcedit de sub-
tilitate secūdo modo dicta. ¶ Ad 2ᵐ dōm. qꝫ
qualitates elementoꝝ erunt in suo esse cōple-
tissimo in elemētis: quāuis per illas nō agent
vel patiētur abiuicē: vt superi⁹ visum est. qua-
litates aūt actiue ꝛ passiue in corpibus huma
nis erunt in illa dispōne que maxime cōuenit
corpori in optio sui temperamēto: neqꝫ tamē
G per eas erit in corpibus illis mutua actio vel
passio: ꝛ ꝓpter illā causam que superius dicta
est de qualitatib⁹ elementoꝝ: ꝛ etiā ꝓpter ṽtu
tem beatitudis anime: qua potenter cōtinebit
corpus: ꝛ propter virtutē in corpe causataꝫ ex
anime beatitudine ꝓhibentē corpus ab omni
passione cōtraria perfectioni sue. hominibus
autem beatis ꝯueniet magnitudo ṽtutis acti-
ue: ꝛ ex consequenti conueniet eis maior sub-
tilitas q̄ illa que est in eis pro statu vie.

¶ Argumenta ad partē secundā ꝓcedūt de
subtilitate tertio modo dicta. vn̄ cum dr̄ qꝫ sur
get corp⁹ spūale: nō est itelligendū qꝫ conuer-
tatur in spūm: sed hoc dcm̄ est ad notādū sub-
tilitatē tertio modo dictā. Qō. v.

A **Quinto** queritur vtrum corpus gloriosuꝫ possit per suam subtilitatē simul
esse cū non glorioso. Et videtur qꝫ non. Boe-
tius. ṗmo lib. de tri. c. i. dicit qꝫ diuersis corpo-
ribus vnum locum fingere nullo modo possu
mus. ¶ Item Cōmen. super. 4. phyśc. dicit qꝫ
impossibilitas eēndi duo corpora simul est ex
terminis coꝝ mathematicis termios mathe-
maticos vocans dimensiones: sed per dotem
subtilitatis non remouebuntur dimēsiones a
corporibus glorificatis. ergo in eis remāebit
impossibilitas simul essendi cum quocūqꝫ cor
pore alio. ¶ Itē ſm phm. 4. phy. c. de vacuo. B
si vacuum esset dimensiōes separate cubus nō
posset ibi poni: eo qꝫ vacuum non posset cede
re: ꝛ plures dimēsiones simul esse nō possunt:
sed per dotem subtilitatis nō expoliabunt cor
pora sanctorū dimensionibus suis. ergo in eis
remanebit ipossibilitas simul essendi cū quo-
cūqꝫ cōpore alio. ¶ Item ratio impossibilita
tis eēndi duo corpora sil': est qꝫ corpus replet
locū: q̄a corp⁹ glificatū replebit locū: qꝛ corp⁹
sub a replet locū p corp⁹: qđ ē q̄titas: corp⁹ āt
quātitas remanebit in corporib⁹ beatoꝝ: qꝛ re
manebūt dimēsionata ſm locū latum ꝛ ꝓfun-
dum. ergo corp⁹ glorificatū nō poterit simul
esse cū corpe alio. ¶ Item ipossibilitas essen- C
di duo corpora simul non est rōne materie: qꝛ
ptes materie sese penetrare possunt: vt pꝫ cuꝫ
ex multo aere fit pauca aqua. tunc. n. tota ma-
teria que ṗus erat sub magna quātitate effici
tur sub parua: nec etiam sub rōne substātialis
forme: qꝛ partes forme pn̄t se adiuicē penetra
re: vt pꝫ cū corp⁹ rarum absqꝫ corruptione ali
cuius partis sue substantie densatur: nec etiaꝫ
rōne substātie composite ex materia ꝛ forma:
qꝛ cum corp⁹ densatuꝫ est tota substantia que
ṗus erat sub dimēsionibus magnis efficit sub
paruis: quod esse non posset nisi partes ipsius
sub e penetrarent se adinuicē: nec rōne grossi-
ciei: aut duriciei: qꝛ aqua ꝛ aer que nō sunt du
ra corpora: neqꝫ grossa nō pn̄t simul esse: vt pꝫ
cuꝫ vas ore verso imergit aque directe: ita vt D
aer exire nō possit: aq̄ nō subitrat. restat ergo
qꝫ nulla est cā impossibilitatis essendi duo cor
pora simul nisi quātitas: sed hoc remanebit in
corporibus glorificatis. g̃ idē qꝫ ṗus. ¶ Item
corpus glorificatū per dotem subtilitatis non
poterit simul esse in diuersis locis. ergo a simi
li nec simul esse cū alio corpore in codeꝫ loco.
¶ Item ab eodem puncto ad eundē punctuꝫ
nō pōt trahi nisi vna linea recta: sed si corpus
glorificatum simul posset esse cum non glorifi
cato ab eodem puncto ad eundē punctū: pos-
sent trahi due linee recte: qꝛ linee determinan
tes superficies illorum corporum terminaren
tur ad eadem puncta. ergo corpus glorifica- E
tum non potest simul esse cum non glorifica-
to. ¶ Iteꝫ impossibile est imaginari duo pun
cta esse simul quin fiat vnus punctus. Simili-
ter est de duabus lineis: ꝛ de duabus superfi-
cieb⁹. ergo similiter si due soliditates essent si-
mul: nō remanerēt due: sed fieret vna. ¶ Iteꝫ
q̄ sunt subtiliora magis se possunt simul com-
pati: sed duo corpora gloriosa que iter se sunt

F ſubtilioꝛa ꝙ glozioſum ⁊ nō glorioſuꝫ nō poſ
ſunt ſimul eſſe in eodem loco. ergo multo foꝛ
tius nec coꝛpꝯ glozioſum cū non glozioſo.
¶ Contra. Dam̄.lib.4°.c.19.dicit.coꝛpꝯ xp̄i ꝑ
ſubtilitatē ītraſſe ad diſcipulos ianuis clauſis
¶ Item coꝛpoꝛa celeſtia ſunt īdiuiſibilia. vn⸗
de Job.37.dr̄ ꝙ celi velut ere ſolidiſſimi fun⸗
dati ſunt: ſed coꝛpoꝛa glozioſa tranſibunt ſuꝑ
oēs ſperas celeſtes exn̄tes īter ignem ⁊ celuꝫ
empireū. ergo per ſuā ſubtilitatē ſimul cum il
lis celeſtibus ſperis erunt trāſeundo per eas.
¶ Item duo puncta due linee ⁊ due ſuꝑficies
G poſſunt eſſe ſimul: q2 puncta vltima ſunt linea
rum. linee ſuperficieꝝ. ſuꝑficies coꝛpoꝝ: ⁊ ſicut
dicit ph̄s.5.phyſicoꝛum. Contigua ſunt quoꝛū
vltima ſūt ſil'. ḡ a ſili duo coꝛꝑa ſil' eſſe pn̄t.
¶ Ad iſtā q̄ōnem dicunt aliq̄ ꝙ etiā deus nō
poſſet facere ꝙ coꝛpus gloꝛificatuꝫ ſimul eſſet
cū nō gloꝛificato: q2 videt̃ eis ꝙ vnū coꝛpus ſi
mul eſſe cū alio non h̄ꝫ rōnem poſſibilis q̄tuꝫ
eſt ex parte ſua: imo vt dicūt ipſi īcludit cōtra⸗
dictionē. ſ. duo coꝛpoꝛa eſſe vnum coꝛpꝯ: ⁊ re
manere duo: q2 ſi ſimul eſſent nō diſtinguerēn
tur: ⁊ dicūt ꝙ quādo Jeſus ītrauit ad diſcipu⸗
los ianuis clauſis ipſe fecit ſuū coꝛpus ſub ita
H modica q̄ꝫtitate ꝙ potuit ītrare ꝑ foꝛamē val⸗
de modicū: qḋ ⁊ facere poteſt hō purus gloꝛi⸗
ficatus v̓tute dotis ſubtilitatis. cum. n. natura
poſſit minoꝛare alicuiꝯ coꝛpoꝛis q̄ꝫtitateꝫ tota
eſſentia illiꝯ coꝛpoꝛis ſalua: vt pꝫ in condenſa⸗
tione aeris vel aque. per hoc partes ſubſtātie
penetrāt ſe adinuicē ⁊ efficiuntur plures ſim̄l:
⁊ vr̄ ꝓbabile ꝙ coꝛpꝯ per dotē ſubtilitatis erit
habile ad hoc vt aīa beata ipſum īfoꝛmās poſ
ſit virtute beatitudis abſq3 vlla difficultate mi
noꝛare ſui coꝛpoꝛis q̄ꝫtitatē tota eius eſſentia
ſalua remanente: faciēdo partes ſubſtātie illiꝯ
coꝛpoꝛis penetrare ſe adinuicē: ⁊ plures ſim̄l
eſſe: vel coꝛpꝯ ſuum ad tēpus in talē figuraꝫ cō
I uertere: vt poſſit ītrare per foꝛamen modiciſſi
mum: per quod alias ꝑ nullā v̓tutem poſſet ī⸗
trare: ⁊ vt dicūt aliq̄ ita ītrare poſſent per vnū
poꝝ ipſius coꝛpoꝛis: ⁊ q2 in celo nullus poꝛus
eſt. ideo dicūt ꝙ qn̄ beati poſt reſurrectionem
aſcēdent in celū empireū trāſeūdo alias ſpas
celeſtes partes celi diuidētur: aut naturalr̄: ſi
nāliter ē diuiſibile: aut ſaltē per diuinā v̓tutē:
⁊ poſtea reunirent̃. ¶ Sed hec opīo falſa ē: ⁊
ad ſui d̓fenſionē plura falſa ponit. ▽ Unū ē ꝙ
coꝛpoꝛa ſi ſimul eēnt nō manerent diſtincta.
hoc. n. falſum eſt vt oſtēdetur in eadē queſtio
ne. ▽ Aliud falſum ē ꝙ aīa cuiuſlibet beati po
terit qn̄ ſibi placuerit tm̄ minoꝛare q̄ꝫtitatem
coꝛpoꝛis ſui ip̄m cōdenſando: vel ip̄m in taleꝫ
figuram trāſmutare ꝙ poterit per foꝛamē mo K
diciſſimū ītrare. hoc. n. falſum eſt: q2 hoc ſtare
nō poſſet cū coꝛpoꝛis īpaſſibilitate. condenſa⸗
tio. n. coꝛpoꝛis ⁊ rarefactio ꝓ̄ſupponūt in ipſo
coꝛpoꝛe qḋ ꝯdenſat̃ vel rareſit paſſibilitatem.
▽ Preterea. anima req̄rit determinatā oꝛga⸗
nizatiōem in coꝛpoꝛe ad hoc vt ſit ipſiꝯ foꝛma:
que ſi coꝛrumperet̃ deſineret ipſum actualiter
īfoꝛmare. illa aūt oꝛganizatio nō poſſet mane⸗
re ſi coꝛpꝯ redigeret̃ ad tā paruā q̄ꝫtitatem vel
ꝯuerteret̃ in talē figuram ꝙ poſſet trāſire ꝑ fo
ramen q̄ꝫtūcūq3 paruum nō exiſtēdo ſimul cū
alio coꝛpoꝛe. ▽ Contra etiam beatitudinem
coꝛpoꝛis eſſet ꝙ etiā ad modicū tēpus ꝓ̄uare L
tur ſeu poſſet pꝛiuari ꝑfectiōe debite q̄ꝫtitatis
vel figure. Ex his pꝫ ꝙ ꝑ dotē ſubtilitatis non
remouet̃ a coꝛpoꝛe glorioſo neceſſitas exiſten
di in loco ſibi equali: q2 illud coꝛpꝯ applicatur
ad locū mediāte q̄ꝫtitate ſua: ⁊ circūſcriberet̃
loco. ⁊ ſm̄ ph̄m.4.phyſi. omne qḋ ſic eſt in lo⸗
co eſt in loco ſibi equali. ¶ Alij dicunt ꝙ quā
uis coꝛpus gloꝛificatuꝫ ſimul eē poſſit cū non
gloꝛificato. hoc tamē nō pōt v̓tute dotis ſubti
litatis: q2 per dotem ſubtilitatis nō auferūtur
dimēſiōes per quas coꝛpus de neceſſitate req̄
rit diuerſum ſitū a coꝛpoꝛe alio. īpoſſibile eniꝫ
eſt per aliquā creatā virtutē eſſe diſtinctioneꝫ M
dimēſionū niſi per diuerſitatē ſituū. hoc tn̄ fie⸗
ri poteſt per virtutē īcreatā que pōt cōſeruare
effectuꝫ cāe ſecūde: ⁊ facere ſine cauſa ſecūda.
vnde in cōmēto ſuper ꝓ̄ma ꝓpoſitione de cau
ſis. quādo remouetur cā ſecūda a cauſato non
ꝓpter hoc oꝫ ꝙ remoueat̃ ꝓ̄ˆab eo: ⁊ iō coꝛpꝯ
gloꝛificatū pōt eē cuꝫ non glorificato ꝑ v̓tutē
diuinā. ⁊ aliter nullo modo. ¶ Sed ꝯtra hoc
aliq̄ arguunt: q2 ſm̄ illā opīonem ita poſſet di
ci coꝛpus gloꝛificatū poſſe ſimul eē cū gloꝛifi⸗
cato: ⁊ nō gloꝛificatū cum non glorificato: qḋ
tamen non videt̃ ꝯſonū dictis ſanctoꝛū: nec cō
N uenit doctrine magiſtroꝝ. ¶ Preterea. dimē
ſiones nāles que ſunt termini coꝛpoꝛum natu
ralium nō tm̄ diſtinguūtur per ſitum: ſed ꝑ di
ſtinctionem coꝛpoꝝ quoꝝ ſunt termini: q̄ꝫuis
dimēſiones mathematice non poſſint diſtin⸗
gui niſi per ſitū. vnde per exn̄tiā coꝛpoꝛis glo
rificati cū nō gloꝛificato non remouetur cā ꝓ⸗
xima diſtinctionis dimēſionū: q2 coꝛpoꝛa ma
nent diſtincta per ſuas eēntias: ⁊ maxime per
foꝛmas: ⁊ ꝑ eaꝝ diſtinctionē manent diſtincte
dimenſiōes coꝝ. ¶ Ideo videt̃ alijs dōꝫ ꝙ q̄ꝫ⸗
uis vnū coꝛpus gloꝛificatū nō poſſit per dotē
ſimul eē cū alio coꝛpoꝛe glorificato: pōt tn̄ ſi⸗
mul eſſe cū non gloꝛificato: quia īpoſſitas eēn⸗
di ſimul duo coꝛpoꝛa nō eſt rōne materie nec

O ratione forme: nec ratione dimensionū tm̄: sed
rōne dimensionū ⁊ debilitatis virtutis actiue
in vtroqꝫ. ꝓpter pͥmum nō possunt duo corpo
ra non glorificata simul esse nāli v̉tute: nec ēt
vnum corpus nō glorificatū posset eē cū alijs
dimēsionibꝰ separatis si essent. ꝓpter scḋm nō
possent duo corpora glorificata simul esse: qꝛ
sicut corpus per virtutē nālez nō potest aliud
sine diuisiōe penetrare ꝓpter debilitatē virtu
tis naturalis in agēdo: ita corpꝰ gloriosum nō
potest ab alio corpore penetrari ꝓpter sue vir
tutis actiue magnitudinē: sicut. n. penetrare ē
ex magnitudine v̉tutis actiue penetrando: ita
posse penetrari a quocūqꝫ corpore creata v̉tu
te repugnat magnitudini illiꝰ v̉tutis actiue q̄
P est in corpore glorificato: sed qꝛ in corpore nō
glorificato est passibilitas ⁊ virtutis debilitas
respectu corporis glorificati in corpore glori-
ficato. magnitudo v̉tutis actiue in penetrādo
ideo corpus glorificatū ꝑ subtilitatē suam po
test penetrare non glorificatum sine diuisiōe.
⁊ ita simul esse cū eo. alias minus esset anima
libera beata suo corpi glorificato vnita q̄ꝫ mo
do. i. q̄ꝫ ante corporis resumptionē: cū mō pos
sit quodcūqꝫ corpꝰ sine eiꝰ diuisiōe penetrare.
¶ Qui vult tenere hanc opionez potest dice
re ad pͥm in oppm: ꝙ v̉bum illud Boetij itel-
ligendū est aut de corporibus mathematicis:
Q aut ꝯm nālem virtutē. ⁊ Et preterea vr̄ se sup
hoc fundare: ꝙ pluralitas ꝯm numeruz tm̄ sit
ꝑ accn̄tia: qḋ nō est verū: imo distinctio accidē
tium scḋm numerū tm̄ est per distinctionē sub-
iectorum nāliter loquendo. ¶ Ad 2m dḋm ꝙ
illud v̉bum cōmentatoris itelligendū est ꝑ cō
paratiōem ad nālem corporis v̉tutem qn̄ non
est sufficiēter actiua in penetrādo. ¶ Ad ter-
tium dḋm ꝙ cubus ⁊ si virtute nāli nō posset
alias dimensiones penetrare: tamē penetrari
possent a corpore glorificato ꝓpter rōnem su-
periꝰ dictam. ¶ Ad 4m dḋm ꝙ maior non est
R vera nisi cōparatiue ad v̉tutē corporis natura
lem que debilis est in penetrādo. ¶ Ad quin
tum dḋm ꝙ ꝓcedit ab insufficienti. dimittit. n.
